Rac. Vol. A. 544

PRACTICA
M. C. VICARIAE
CAVSARVM CIVILIVM,

Accuratiſſime recognita, expurgata, & expolita.

IN QVA NON TANTVM MODVS LIBELLO concipiendi, & in Cauſis Ciuilibus procedendi, fructuumq́; intereſſe, nullitatum, appellationis, & hypothecæ materia breuiſſime explicatur.

VERVM ETIAM ORDO PROCEDENDI IN CAVSIS liquidationis Inſtrumentorum, & Periurij ſecundum formam ritus eiuſdem Magnæ Curiæ pertractatur.

Nuntio Tartaglia Pedimontio Authore.

CVM MVLTIS ALIIS ADDITIONIBVS.

Nunc denuò præter Additiones hucuſquè editas Domini Caroli Grimaldi V.I.D. Præſtantiſſimi, in hac Praxi Ciuili; adiecta ſunt quædam alia Notabilia eiuſdem in Praxi Criminali neceſſaria, quę antea magnopere deſiderabatur.



CVM PRIVILEGIO

PER DECENNIVM.

Bibliotheca de Rosa
NAPOLI
Cas. 243

NEAPOLI, Apud Tarquinium Longum. M. DC. X.

Ad inſtantiam Petri Antonij Sophię, & Io. Dominici Bouij, Bibliopolarum Parthenopeorum.

Digitized by Google

NAPOLI

ILLVSTRIBVS, NOBILISSIMISQ. VIRIS

IACOBO DE FRANCHIS

REGIO IN NEAPOL. SENATV CONSILIARIO,

LAVRENTIO SVMMO REGII FISCI PATRONO, Ac

THOMAE REGIO CATANZARII AVDITORI,

spectatissimæ virtutis, ac doctrinæ Fratribus.

Franciscus Antonius Boue. F.

MAXIMA inter mortales, Viri Amplissimi, virtutis vis apparet, eaq; duce summa quaq; homines gesserunt semper, eximiamq; sibi nominis immortalitatem comparārunt; nemoq; vnquam fuit, qui quod in omni ætate communi omnium consensu est comprobatum, ausus sit in dubium reuocare. Hæc si in hominibus obscuro loco natis illustria semper, atque omni admiratione digna efficit, cum singulari virtute vir familiam vel obscuram possit illustrare, ac patriæ alioquin humili splendorem afferre maximum; Ecquid in ÿs efficere est existimandum, qui ad suas maximè egregias, suorumq; Maiorum virtutes Illustrissimam, & eamdemq; antiquissimam generis nobilitatem adiunxerunt? Hoc ego vbi mecum sæpenumero reputaui, nullum duxi in vtroque hoc

Italia

Digitized by Google

Italiæ nostræ angulo familiam reperiri, cui præclarissima familia, DE FRANÇHIS, & auita generis nobilitate, & maximis virtutibus, ac singularibus in Christianam Rempublicam meritis non omnibus partibus queat comparari. Ita enim diuino quodam munere hæc omnia in eam cadunt, vt difficile sit statuere, quo potissimum laudum genere excellat. Etenim si generis spectemus nobilitatem, iamiude à principio renascentis Capuæ, claruit in ea Vrbe Illustrissima familia vestra tot deinde, succedente tempore, Illustrium virorum propagatione celeberrima. Verùm non id mihi in Consilio nunc est, nimis vetera ex dignissimis fide annalibus velle hoc loco repetere, nec etiam opis, facultatisq; est meæ, vel laudando prosequi, vel aliunde repetendo dumtaxat percensere. Hæc enim cum nota sint omnibus, altioresq; infixa mortalium sensibus egerint radices, satius multo duximus prætermittenda. Vos autem, Viri omni virtutum genere spectatissimi, qui relicta vobis à Maioribus vestris prosequimini vestigia, quibus ad quamdam æterni nominis perpetuitatem recta contenditis, ad iter gloriæ ingressi nihil vnquam habuistis antiquius, quam vt relictum itidem vestrarum virtutum exemplar, certissimis rectè factorum notis sibi posteri haberent imitandum; Quarum virtutum nobis modo expressam quamdam Ideam exsplendidissima vestra Iustitia, quam præter cæteros publicè semper, priuatimq; coluistis, & colitis, licet liquido intueri. Nullum habet ficta, aut furcata virtutis species in vestris moribus locum; Innocentia, integritas, firma, ac stabilis Religio, eximia morum probitas, rectè factorum Constantia, vera laus vestrum pectus cohonestant; vt cum ex ea familia ortum ducatis, in qua semper sincera gloria, virtutis studium, honoris splendor, decus verum enituit, Animus vester pulcherrima maximarum virtutum coborte circumseptus, ampla omnia, illustria, excelsa, iustitiæ addicta sibi iure suo vendicat, ac præstat. Coniunxistis vos (Viri Præclarissimi) magnam nobilitatem cum summa doctrina, vt vtraque vtrique sit ornamento; Verum nescio, vestra ne sponte, an tanto Patre geniti, domesticoq; Maiorum vestrorum tàm illustri exemplo commoti ad laudabilia semper incubueritis; Vos enim virtutem, vt maximum, verèq; bonum semper estis amplexi, neque illam alterius commodi caussa videmini quæsiuisse; vt meritò virtus ipsa vobis laudem impertiat; vt præclarè vobiscum actum debeatis existimare, quia præter cæteros, & sapere, & frui virtutis ipsius fructu valeatis. Cæterum si animum pau-

Digitized by Google

paulummodo nobis fas sit ad Maiores vestros referre, qui patrum nostrorum, nostroq; penè tempore in clarissima luce vixerunt, Maxima fuit virtus Celeberrimi viri Iacobutij de Franchis Regij in Neapolitano Senatu Consiliarij, Magni Patris vestri patrui, maximiq;, quod aiunt, Feudatarij; maxima doctrina, maxima Sapientia, maxima Iustitia, morum probitas incorrupta. Cui vnum hoc semper fuit proprium, ac perpetuum, vt in omni sua vita solum rectum, solum honestum, eluceseeret. Secutus deinde est Illustrissimus Vir Pater vester Vincentius Sac. Neapolit. Consilij Praeses integerrimus, eximium literarum Decus; cuius nomen tum spectata inter omnes vitae probitate, tùm insigni in tribuendo id vnicuique, quod suum est, munificentissima dexteritate, tùm denique refartis vario doctrinae, atque eruditionis genere editis in lucem libris, ita aeternis consignatum decoris notis per vniuersum terrarum Orbem fama celebrauit, vt omnium vocibus in omnes partes eius laudibus vsurpatis, vbicumque colitur humanitas, iam sit cognitus; Neque verò de laudibus Illustrissimi, ac Reuerendissimi eius filij fratris vestri felicis memoriae Andreae Tranensium primum à Philippo II. Austriaco, deinde vero à Philippo III. Acheruntini Archiepiscopi electi, de vitae, ac morum sanctitate, de conspicua Christianae Religionis pietate, ac de vero Dei cultu piè, castèq; celebrato vllo vnquam tempore posteritas conticesset; Cuius vestigia cum sibi proposuerit imitanda Aloysius frater Neritonensis Episcopus, quippe qui fraterna laudis sanctaq; illius vita aemulus, tantum virtutis, tantum probitatis suae specimen omnium oculis, ac conspectui studet praebere; vt nemo sit, quin praesagiat, breui virum illum ad maiores illos euectum iri dignitatis gradus, quos sibi iure optimo deberi, mortalium omnibus innotescit; Claruit egregie Frãciscus frater natura necessitate defunctus, dum apud Philippum II. inter aulicos Sacerdotes esset cooptatus; Eximia quoq; fulget in praesentia in eadem dignitate Lucae, ac Hieronymi fratrum, apud Augustissimum Philippum III. Hispaniarum Regem, Virtus, Doctrina, Morumq: aequitas admirabilis. Non obscura est Ioannis Baptistae in armis praestantia, in quo nihil vnquam humile, nihil abiectum haesit, aut obscurum; sed ampla omnia, atque Illustria enituerunt; Quamobrem nihil mirum debet cuiquam videri, Viri Praestantissimi, si omnium amorem collegistis, si omnium beneuolentiam conciliastis, comparastis admirationem, honorem, ac dignitatem iure vestro vobis vendicastis; Vos enim

exi-

Digitized by Google

eximia vestra virtus præter alia vitæ bona, ita reddit amabiles, vt intimis animi sensibus omnes afficiantur, atque inflammentur, vbi nomen vestrum exaudiunt, & dum vos intuentur, pascantur conspectu suauissimo, & Ideam absolutæ perfectionis tacitè inde deducant, vbi vos omni ornamentorum copia illam re ipsa expressistis; Idcirco, & ego inter permultos, qui vestra munificentia, ac benignitate sub felicissimis vestris auxilijs viuo, cum planè ingratus nolim haberi, Vobis tamquam vitæ meæ auctoribus, quique mihi Aurea vestræ lumine VIAM MONSTRATIS, Meq; omnibus officijs augetis, atque exornatis, dùm vos tacitè, vt par est, & debeo, veneror, ac suspicio, testem obseruantiæ meæ, addictissimaq; voluntatis indicem librum hunc allego perfectum quondam non tam ingenio Excellentis Viri Nuntij Tartagliæ, quam industria elaboratum Amplissimoq; Viro Vincentio Patri vestro ab Auctore ipso dicatum; Quem cum Ego præter eas, quibus libellum locupletarunt homines doctissimi, Annotationes, auctâ nunc disertissimi Viri Caroli Grimaldi alijs Additionibus altera parte, quæ Praxis Criminalis inscribitur, denuò post multas impressiones, non sine mea maxima solertia omni mendo purgatum curarem imprimendum, par erat illum vobis mittere, vt mitto, dono, dicoq;. Vos interim precor munusculum hoc qualecunque læta, atque hilari fronte, alacriq; animo accipere ne dedigneminì. Valete eximium nostræ Italiæ ornamentum, meumq; dulce decus, ac Præsidium. Cal. Ian. Anno ab Incarnatione Domini M. DCXI.

Digitized by Google

INDEX
LOCVPLETISSIMVS EORVM quæ in hac Praxi Cauſarum Ciuilium continentur.

A



Ctori conſiderandũ eſt an ei competat actio nam ſi non competeret, ſententia in eius fauorẽ eſſet nulla etiam conſento non excipiente, cap. 1. nu. 2. pag. 1.

Actor præſentare debet libellum, ſeu petitionem, & citare reum, c. eod. nu. 3. pag. 1. vbi habes formam libelli in iudicio aſſiſtentiæ.

Actor debet accuſare contumaciam reo non comparente, c. eod. nu. 5. pag. 2.

Agenti quando denegãda eſt audientia odio ſuæ perſonæ exceptio partis non eſt neceſſaria, pag. 13. col. 1. verſ amplia etiam.

Adiectus ſolutioni non poteſt liquidare inſtrumentum licet poſſit recipere ſolutionem, pag. 19. col. 2. verſ. limitatur etiam ſi in.

Auctor laudatus debet comparere in foro laudantis, pag. 28. col. 1. verſ. auctor.

Auctor laudatus ſi recuſauerit cauſam defendere tenent ad intereſſe, pag. 28. col. 1. verſ. auctor laudatus.

Auctor laudatus ſi eſt perſona priuilegiata etiam poſt concluſum in cauſa comparendo debet habere beneficium. pag. 28. verſ auctor laudatus in fine.

Auctor laudatus ſi non eſt perſona priuilegiata auditur in terminis in quibus cauſa reperitur, pag. 28. verſ. auctor laudatus in fine.

Acta compilata cum producente mãdatum in quo erat relictum album ad ſcribendum nomen procuratoris num valeant, pag. 34. col. 2. verſ. ſed quid dicendum in fine.

Actor inſtrumenta mentionata in libello exhibere debet pag 35. col. 2. verſ. tenent enim.

Adminiſtrator quilibet tenent codicem rationis exhibere pag. 36. col. 1. verſ. regulare eſt, vbi docetur idem eſſe ſtatuendum in patre, & matre filij negotia adminiſtrantibus.

Appellatio pronuntiatur deſerta niſi appellans iuſtam cauſam alleget non proſecutæ appellationis, pag. 61. col. 1. in princ. verſ nota quod.

Appellans cauſam legitimam impedimenti probare debet, pag. 61. colum. 1 verſ. nota quod in fine.

Appellationi interpoſitæ à præcepto Iudicis prohibentis partibus ingreſſum prædij propter timorem armorum non eſt deferendum, pag. 62. colum. 1. verſ. his quæ de appellationibus.

Appellatio à legibus non admittitur, pag. ead. verſ. eodem.

Appellationi interpoſitæ à decretis prolatis in cauſis ſuſpitionis iudicum non eſt deferendum, pag. 63. verſ. eod. circa finem.

B

Baro pro conſeruatione ſuæ iuriſdictionis poteſt facere bannum ne vaſſalli adeant iudices non ſuos, pag. 27. col. 1. verſ aduerte.

C

Contumacia incuſatæ poteſt contra conuentum exequi pro multa, pag. 2. col. 2. nu. 6 vbi nu. 7. & 8. habes alias

Digitized by Google

vias procedendi contra contumaces.
Creditor cui res obligata est cæteris præfertur, pag. 66. col. 2. nu. 9.
Comparitione conuenti nulliter citati omne vitium citationis purgantur, pag. 14. col. 2. vers. per comparitionē.
Cessionarius an possit liquidare instrumentum secundum rit. Mag. Cur. Vic. pag. 19. col. 2. vers. limitatur etiam, el primo.
Cautela vt cessionarius possit liquidare instrumentum iuxta ritum, pag. 20. col. 2 vers. vt cessionarius.
Cautela vt debitor euitet pœnā promissam ex defectu solutionis, pag. 20. col. 2. vers vt cessionarius circa finem.
Cautela ne vassalli adeant regia tribunalia per saltum, pag. 27. col. 1. vers. aduerte, circa finem.
Clericus quando possit astringi, virtute Regiæ pragm. ad compromittendum coram laico, pag. 34 col. 2 ante vers. licet quis.
Conuento non opponente de exhibitione mandati iudex ex officio illud petere debet, pag. 34 col. 2. vers. sed quid dicendum, circa princ.
Conuentus excommunicatus actorem reconuenire non potest, pag. 36. col. 1. vers. fallit.
Citatio ad audiendam sententiam est necessaria, & de substantia etiam in summarijs, pag 45. col. 1. vers. citatio.
Citationis ad audiendam sententiam omissio vitiat illam, pag. 45. col. 1. vers. citatio.
Citatione ad audiendam sententiam facta nō est locus nouo termino, & causæ decisio impediri potest, pag. 45. colum. 1. vers. citatio.
Compēsatio fit in eam causam in quam debitor eligit se compēsaturum, pag. 63 col. 2. vers. exceptio, circa fin.
Contumax non potest haberi pro confesso nisi ter citetur pag. 22. colum. 1. vers. contumax.
Contumax verus dicitur qui personaliter citatus non comparet, pag. 22. col. 1. vers. contumax in princ. vbi docetur, quod si in vltima trium citationū non esset personaliter citatus non esset verus contumax etiam si in primis duabus fuisset personaliter citatus; vbi limitatur hoc nisi in prima citatione dixisset se nolle venire.
Causa appellationis deserta quando censeatur deserta causa nullitatis, pag. 63 col. 2. vers. valerius, in fine.

D

Debitor vigore instrumenti carcerari debet, & quando non, pag. 3. col. 1. nu. 11. vsque ad nu. 51.
Dotis causa quando potior haberi debeat, pag 69 col. 2. num. 16. quo loco docentur, quo ordine creditores præferri debeāt vsque ad finem dicti cap.
Doctor de iure communi carcerari non potest, & quid hodie seruatur pag. 17 col 11. vers. corrigitur.
De euictione quis tenetur quamuis specialiter se non obligauerit cum sit de natura contractus, pag. 21. col. 1. vers. de euictione.

E

Exequi quando possit super bobus aratorijs, pag. 65 col. 1. nu. 2.
Exceptio quæ resultat ex ventre instrumenti impedit eius liquidationem, pag. 16. col. 2. vers. fallit.
Exceptio non numeratæ pecuniæ infra quod tempus debeat opponi, & in quibus contractibus, pag. 18. col. 1. vers. aduerte.
Exceptiones, quæ ex natura rei tacite colligi possunt nunquam dicuntur sublatæ per statutum prohibitiuum, pag. 21. col. 2. vers. amplio.
Exceptio compensationis potest opponi etiam si sententia fecit transitum in rem iudicatam, & impedit illius executionem, pag. 61. colum. 2. vers. exceptio.
Exceptio compensationis non impedit executionem sententiæ quando sit de debito cui obstat aliqua exceptio, pagi. 61. col 2. vers. exceptio.

Ex-

Digitized by Google

Exceptio compensationis non impedit executionem sententiæ latæ super interdicto recuperandæ, pag. 61. col. 2. vers. exceptio.
Executio fieri non potest in armis militis, & libris scolarium, pag. 62. col. 1. vers. amplia.
Exceptio hostici an competat vxori habenti virum in castris quando ipsa conuenitur, & non vir, pag. 71. col. 2. vers. an exceptio.
Exceptione hostici an gaudeat vxor sequens maritum in castris ibidem.
Exceptio hostici an habeat locum in seruientibus per substitutum ibidem.
Exceptio hostici an competat aduersus mulierem petentem dotem ibidem.
Exceptio hostici an possit renuntiari, ibidem.
Exceptio hostici an sit locus post conclusum, vel post sententiam, ibidem.

F

Fructus qui debeantur, pag. 47. col. 1. num. 5.
Fructus qui, & quando meliorationes liquidari debent, pag. 60. col. 2. nu. 16.
Fiscus quando præferendus sit cæteris creditoribus, pag. 69. nu. 13 col. 1.
Fisci priuilegio vtitur ne qui in eius locum succeſſit, pag. 69. col. 1 nu. 14.
Forma excipiendi illius qui non tenetur nisi inquantum facere potest, pag. 19. col. 1. vers. forma autem.
Filius pro patre agendo admittitur sine mandato, pag. 35. col. 1. vers. filius pro patre.
Fructus in specie peti debent, pag. 51. col. 2. vers. fructus enim.
Fatalia non currunt ex impedimento paupertatis pag. 61 col. 1. vers. nota.

I

In relatione alguzerij citantis quot testes requirantur, pag. 2. col. 1. nu. 4
Iudex laicus quando in ciuilibus sit iudex competens in clericos, pag. 16. col. 1. nu. 31.
Interesse ad quam rationem liquidari debet, pag. 60. col. 1. nu. 13.
Interesse, interesse quando debeantur, & quando fructuũ, pag 60 col. 1. nu. 14.
Iudex potest se informare de stilo Curiæ ab Aduocatis sine scriptura, & absque partis citatione, pag. 12. col. 1. vers. stilus.
Iudex debet repellere actorem agentem sine actione etiam parte non opponente, pag. 12. col. 2. vers. ampliatur.
Iudex potest repellere actorem calumniosè agentem etiam si conuentus ex forma statuti nihil opponere possit, ibidem.
Iudex non debet pati iudicia fieri illusoria, & homines litibus, atque sumptibus fatigari pag. 12. col. 1. vers. imò reus, in fine.
Impedimentum allegans probare debet illud, pag. 15. col. 2. vers. quia is, circa medium.
Instrumentum ad commune lucrum, & damnum, an possit liquidari seruata forma ritus, pag. 16. col. 1. vers. an instrumentum.
Instrumentum vltro, citroque obligatorium num possit liquidari, pag. 16. colum. 1. vers. quid dicendum.
In absolutionem à iuramento an requiratur partis citatio, pag. 18. col 2. vers. quæ absolutio.
Iurisdictio Iudicis incompetentis prorogatur per reconuentionem, pag. 27. col 2. vers. & non est mirum.
Iudex debet repellere militem exercentem officium procuratoris, pag. 34. col. 2. vers. sed quid dicendum, circa medium.
Iudex non debet concedere dilationem ad producendum mandatum, ibidem.
Iurans in termino etiam si termino elapso deposuerit infra terminum deposuisse dicitur, pag. 44. col. 2. vers. Carau. in ritu.
Interesse non debetur propter moram quando quis potest se tueri exceptione compensationis, pag 52. col. 1. vers. nota.
In legibus pandectarum non est inuen-

Digitized by Google

re iniustitiam, pag 62.col 2. vers.his quæ.
Iudex potest allegari suspectus etiam ab eo qui pro suo interesse subnitrat in causa, ibidem.

L

Libellus appellatorius à prouisione facta domi, quod causa remaneat, pag.26.col 1.nu.32.& à prouisione facto verbo,pag.ead.num.33.
Libellus,& practica in liquidatione sententiæ illiquidæ,pag.59 col 2. nu.12.
Libelli copia est concedenda sumptibus rei quid de iure regni, & in practica seruetur,pag.33.col.2.vers.nota.

M

Magnæ Curiæ Vicariæ ritus seruandus est in reliquis Curijs Regni pag.1.col.11.nu.1.
Mulier honesta non modo pro debito ciuili,sed neq; pro causa criminali carcerari potest de iure communi, & quid hodie seruetur, pag.17. col.1.vers.in ista quinta ampliatione.
Mulier renuntiando omni legum auxilio num possit carcerari, pag. 17. col. 1.vers fallit etiam.
Mandatum debet produci in principio litis, pag.34. col.2. vers.sed quid dicendum.
Minor mulier & rusticus an possint haberi pro confessis ex hoc solo, quod fuerint ter citati personaliter,& an opus sit quod expressè dicant se nolle comparere,vt contrahantur vera contumacia,pag.22.col.1.vers.contumax,circa medium.
Mulieres habentes viros pauperes decrepitos,& pænitus inutiles reputantur viduæ,pag.29.col.1.circa finem, propter quam rationem priuilegia concessa viduis competunt etiam huiusmodi mulieribus,vbi habes decisionem Sac.Cons. prædicta sequen.

N

Nemo sine actione experiri potest, pag.12. col.1. vers.indubitati iuris est.
Neapolitanus auctor laudatus in Curijs residentibus extra Ciuitatem Neapolis non tenetur ibi litigare, pag. 28. col.1 vers.author laudatus.
Nullitas debet proponi,& allegari in libello,pag.61.col.1.vers.nullitas.
Nullitas in libello nõ allegata num possit allegari in processu causæ, ibidem.
Nullitatis causa num censeatur deserta appellatione deserta,ibidem.

O

Officia actoris,& conuenti ante litis contestationem,pag.29.
Officia actoris,& conuenti post litem contestatam, cap 4.pag.36.
Oblatio verbalis non sufficit vbi facto opus est adimplendum cursum vsurarum,pag.52 col.2 vers.verbalis oblatio.
Obligatione generali non comprehenduntur instrumenta,& res quibus vtilitati publicæ consulitur, pag.62.col. 1.vers.amplia.

P

Practica super tenore instrumenti, pag 3.col.2.& nu.10 vsque ad n.15.
Practica procedendi criminaliter de periurio,pag.10 col.2 nu.51.
Practica petentis se declarari hæredem, pag.11.col.1.nu.52.& assecurationis iudicij nu.53.
Pretium rei cuius temporis sit liquidandum,pag.60 col.1.nu.15.
Practica vendendi executionem,pag.65. col.1.nu.3.cum tribus sequentibus.
Practica si debitor iuraffet non habere executionem,pag.66.col.1.nu 7
Practica si offerret stabilia,vel nomina debitorum,pag.66.col.1.nu 8.
Prior in tempore potior in iure haberi debet, pag.66. col.2.nu.10 quam regulam amplia, & limita, vt ibidem vsque ad nu.12.
Pœnæ rei contumaces,pag.15.col.1.vers. pœnæ autem.
Personæ quæ gaudent beneficio, vt non teneantur, nisi in quantum facere possunt ex dotali beneficio priuantur pag.

Digitized by Google

pag. 28 col. 2. verſ. fallit tamen.
Poſt viginti annos inſtrumentum liquidari non poteſt etiam à perſona priuilegiata, pag. 20. col. 1. verſ. iſta duodecima.
Pupillus agendo contra viduam an ipsâ trahere poſſit, pag. 28. col. 2. verſ. Regia tribunalia.
Procurator ſine ſpeciali mandato causâ non poſſit compromittere, pag. 34. col. 1. verſ. Maran. hic.
Proceſſus compilatus cum eo, cuius mãdatum non fuit productum eſt nullus, pag. 34. col. 1. verſ. ſed quid dicẽdum.
Perſonæ aſcendẽtes, & deſcendentes admittuntur in iudicio ſine mãdato, pag. 35. col. 1. verſ. filius.
Perſonæ quæ admittuntur in iudicio ſine mandato an poſſint ſolutionem recipere, & cogere debitores ad depoſitandam pecuniam, ibidem.
Præſentia principalis vbi de facili poteſt haberi coniunctus ſine mandato non admittitur, ibidem.
Proceſſus compilatus abſque aliqua cautione expenſari num valeat, pag. 43. col. 2. verſ. quilibet.
Probationes factæ ſine termino num valeant, pag. 43. col. 2. verſ. ſed quid dicendum.
Probationes debent neceſſario concludere alias non releuant, pag. 43. col. 2. verſ. aduerte tamen.
Probatio per coniecturas admittitur, vbi à communiter accidentibus eſt difficilis probatio, ibid.
Probationes per coniecturas dicuntur manifeſte, pag. 44. col. 1. verſ. aduerte circa.
Probationes liquidæ vbi haberi non poſſunt ſufficit, quod Iudex ex vehementi opinione informationem habeat, pag. 43 col. 1. verſ. aduerte tamen, circa finem.
Producens ſcripturam videtur fateri cõtenta in ea, pag. 44. col. 1. verſ. aduerte circa.
Proteſtatio præſentantis ſcripturam, quod præſentat quatenus pro ſe facit non aliter, nec alio modo quid operetur, ibidem.
Practica in examinandis teſtibus in antiquis, & in materia conſuetum, pag. 44. col. 2. verſ. antiquitus.
Publicatio proceſſus eſt de ordine iuſtitiæ, & non de ordine ſubſtantiali iudicij, pag. 44. col. 2. verſ. publicatio proceſſus.
Procurator petens reſtitutionem in integrum debet habere ſpeciale mandatum, pag. 61. col. 2 verſ. procurator, vbi docetur vtrum ſine ſpeciali mandato incidenter poſſit peti, & quando dicatur peti incidenter.
Practica quando quis citatur, vt veniat reſponſurus, poſitionibus tanquam principalis, & legalior, pag. 22. col. 2. verſ. quando aliquis ter citatur, vbi docetur an iſte principalis poſſit petere terminum ad conſultè reſpondẽdum cum copia poſitionum.
Priuilegium l. vnicæ c. quando Imper. & Conſtitutionis Regni ſtatuimus 53. electionis fori competit etiam pauperi, pag. 28. col. 2. verſ. Porcia Acciana.
Pauper veniæ appellatione miſerabilium perſonarum, ibidem.

Q

QVomodo ſit exequendum contra debitorem condemnatum, pag. 65. col. 1. nu. 1.
Quilibet tenetur docere ſe talem qualem ſe aſſerit, pag 34. col. 11. verſ. licet quis.
Quilibet agere volens tenetur præſtare cautionem expenſarum, pag. 43. col. 2. verſ. quilibet.

R

REus quando teneatur ad fructus, & quando non, pag. 45. col. 2. num. 1. vſque ad nu. 11.
Reus quando tenetur ad intereſſe, pag. 49. col. 1. nu. 13 & quando ipſo iure debeatur, pag. 50. col 1. nu. 31
Relatio nuntij curiæ quomodo eſſe debeat, pag. 13. col. 2. verſ. cõſtit. hic per.

Rela-

Digitized by Google

Relatio nunti est de substantia actus, ibid. circa finem.
Reassumptionis instrumenti requisita, pag. 16. colum. 1. vers. in instrum reassumptione.
Remissio causæ donec non petitur legitimè proceditur in Regijs Tribunalibus, pag. 27. colum. 2. vers. Magna Curia.
Reus dum remittitur ratione priuilegij debet cauere de se præsentãdo coram illo Iudice, ibidem.
Reconuentio non procedit, vbi non est propriè iudicium, pag. 27. col. 2. vers. & non est mirum.
Reconuentio non habet locum in materia capitulorum Regni, ibidem.
Restitutio in integrum nõ impedit exequutionem sententiæ quãdo sunt tres sententiæ conformes, pag 61. col. 2. vers. procurator.

S

SAcrum Consilium. & Magnæ Curiæ Vicariæ tenentur regulariter remittere causas ad iudicem competentem, pag. 23. col. 2. nu. 2. & quando non vsque ad nu. 31.
Sententia lata quando executioni demãdari debeat, pag. 53. col. 2. à nu. 1. vsque ad nu. 11.
Stilus Curiæ habet vim legis, pag. 12. colum. 1. vers. stilus curiæ.
Sententia lata contra stilum Curiæ est ipso iure nulla, ibidem.
Scriptura dum producitur citari debet aduersarius, vt habeat effectum probationis alias habebit effectum simplicis productionis, Bald. in l. quando in fine de testibus C. Rom. resp. 156. & 519.
Sententia absque publicatione processus an valeat, pag. 44. col. 2. vers. publicatio processus.
Stipendia in generali obligatione non veniunt, pag. 62. col. 1. vers. ampliã.
Stipendia non obligantur sine Regio assensu, ibidem ex Frecc. in 1. lib. fol. 4. nu. 27.
Sententia opus est, vt quis habeatur pro confesso non enim intelligitur ipso iure, pag. 22. col. 1. vers. contumax.

T

TErminus ad consultè respondẽdum est trium dierum, pag. 34. colum. 1. vers. terminus.
Tutor habet liberam administrationem, pag. 34. colum. 1. vers. Maran. hic allegatus.
Terminus est de substantia probationis, pag. 44. col 2. vers. Carau. in ritu, vsque ad cap. 5.
Testis dictum an valeat aduersario non citato ad videndum eius iuramentum pag. 44. col. 1. vers. ordo iuris est, vbi quod sufficit vna citatio.
Testes in termino iurati termino elapso possunt examinari pag. 44. col. 2. versic. Carau. in ritu.

V

VAgabundi quomodo citentur, pag. 3. col. 1. nu. 9.
Vassallus an teneatur ad pænam contentam in banno emanato per Baronem quod non adeant Curiam aliquam omnisso medio, pag. 23. col. 1. nu. 1.
Vagabundi qui propriè dicantur, pag. 15. col. 2. vers. proprie.
Vagabundus si deliquerit vbi cognosci debet de eius causa, ibidem.
Venditori facienda est denuntiatio quãquam alibi de sciuerit litem motam secundum receptionem scribentium sententiam, pag. 36. colum. 1. vers. aduerte quod.
Vti falsis testibus intelligatur ne producens eo ipso, quod non desistit ab eorum vsu, & an sit opus quod expressè interrogetur si vult vti, pag. 71. col. 1. vers. an propter confessionem.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAXIS M. C. VICARIAE

CAVSARVM CIVILIVM.

CAPITIS PRIMI.

SVMMARIVM.

1 *Magnæ Curiæ Vicariæ, Ritus ſeruandus eſt in omnibus Regni Curijs.*

2 *Actori conſiderandum eſt, an ei competat actio alias ſuccũbere debet ſi actione caret, etiã reo non excipiente.*

3 *Actor præſentare debet libellum ſeu petitionem, & citare reum.*

4 *In relatione alguzerij citantis, quot teſtes requirantur.*

5 *Actor tenetur accuſare contumaciam reo non comparente.*

6 *Qua incuſata poteſt contra eum exequi pro multa.*

7 *Vel ex primo, & ſecundo decreto.*

8 *Vel procedere iuris ordine ſeruato in contumaciam.*

9 *Vagabundi quomodo citentur.*

10 *Practica procedendi ſuper tenore inſtrumenti.*

11 *Debitor vigore inſtrumenti carcerari debet. Et quando non, cum ſequentibus.*

51 *Practica procedendi criminaliter de periurio.*

52 *Practica petentis ſe declarari hæredem cum beneficio, &c.*

53 *Et aſſecurationis iudicij.*

1 QVilibet ciuiliter rectè agere volens in ordinarijs iudicijs ſecũdum ſtilum, & ritum Magnæ Curiæ Vicariæ, qui ſeruandus eſt in cæteris curijs Regni huius, Cauenſis, ſuper prim.rit.Mag.Cur.nu.1. & ibidem Scaglion. & Carau.nu.3.4.

2 Primo conſiderare debet an ei competat actio, alias ſuccumbere debet ſi conſtet quod actione careat, licet reus non excipiat, Bart. in l. ſi vnus, §. pactus ne peteret num. 20. ff. de pact. & ibidem gloſa. Quinimmo ſententia eſſet ipſo iure nulla ſi in fauorem actoris cui nulla competit actio, eſſet prolata, Gabriel. lib.commu.opin.ſecund. in tit. de ſententijs concluſion. octaua.

Quod ſi clarè liquebit actorem actione non carere, & tunc bonum eſſet ante inſtitutionem litis partem aduerſam extra iudicium monere, & rogare, vt de controuerſijs (ſi poteſt) tranſigat, æqua perſoluat, & ab iniquo ſe liberet. Melius enim eſt ante tempus occurrere, quam poſt cauſam vulneratam remedium quærere, vulgat. l. fin. C. in quib. cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ. l. quidam Hiberus ff. de ſeru. vrban. præd. l. debitores, C. de pign. & hypot. Maxime quia litis euentus ſemper eſt dubius & incertus, l. quod debetur ff. de pecul. Et non ſtatim mouere litem, vt faciunt quidam lucroſi Procuratores, & Aduocati, qui plus ſibi quam alijs, quorũ cauſas ſuſcipiunt defendendas, inuigilant, nihil habentes penſi, quid alijs eueniat, dummodo marſupium eorum infarciant, & ſi Aduocatus actoris vel

Digitized by Google

procurat[illegible]ersam inflectere re non [illegible]ntanda abstineat[illegible]n seu petitionē
3 iud[illegible] enim in practica 5
[illegible] omnia libellum
[illegible] Maran. fol. 294. num. 25. Et in assistentia contra tertium possessorem iuxta forma Pragm. 1. de assist. bonor. ita formabis libellum. In Magna Curia Vicariæ comparet N. C. de ciuitate Capuæ, & dicit annis elapsis com- 6
parentem ipsum mutuasse gratis gratia, & amore N. C. de eadem Ciuitate ducatos centum, quos infra certum tempus iam elapsum restituere promisit, sub obligatione omnium bonorum constituto, & precario, publicis cautelis mediantibus, quibus relatio habeatur, quos requisitus soluere recusauit. Intendens proinde dictos ducatos cētum recuperare. Instat assistentiam sibi 7
præstari super infrascriptis bonis, quæ fuerunt in bonis, & de bonis dicti sui debitoris, cum refectione omnium dānorum interesse, & expensarum, quæ possidentur per infrascriptos indebitè possessores, & ita dicit, & ad prædicta admitti omni modo meliori, &c.

Scias autem quòd in Mag. Cur. regulariter proceditur sine libello, præcedēte tamen iudicis mandato, vt reus soluat, vel relaxet talem rem, vt in rit. Mag. Cur. incip. Item si aliquis vel aliqua venerit. Qua citatione expedita citandus est reus personaliter vel domi, vt in Prag. relationē de ordi. iudiciorum, & infra sex menses à die expeditionis illius, vt in rit. Mag. Cur. incip. Item seruat dicta curia, quod si aliquis impetrat. Reo tandem citato debet fieri relatio per citantem in dorso dictæ citationis, vt Const. Reg. citationis literæ, continens diem mensem annum & locum. Et si euenerit reum citari extra districtum Neapolis, debent esse præsentes duo testes, vt dicta Prag. relatione, quorum nomina & cognomina scribi debent in dicta relatione, alias citatio esset nulla, nisi conuentus vel suus procurator compareret apud apud acta causæ, tunc enim per talem comparitionem conualidaretur citatio nulla, & ita practicatur. Relatione facta si reus non comparet in termino præfixo qui dari debet secundum distātiam locorū, vt in rit. Mag. Cur. incip. Item seruat ipsa curia, quod in citatione debent accusari contumaciæ, secundum formam traditam in mea practica crim. cap. 60. num. 7. Quibus incusatus reoq. cōtumace reputato, potest actor reum multari facere, vt in l. 2. ff. si quis in ius voca. non ier. & in Const. Reg. Pęnam nouem vnciarum, & in Consti. Rei vendicatione, & in rit. Mag. Cur. incip. Item seruat ipsa curia quòd ab eo tempore, secundum consuetudinem vbi curia regitur, Maran. fol. 287. nu. 9. in fin. Et hæc est prima pęna qua contumaces reputati afficiūtur. Est & alia pęna, nam si actor nollet exequi facere promulcta, potest exequi ex primo decreto, & immittitur in possessionem bonorum conuenti pro mensura debiti, vt in Prag. 3 de ordin. iudic. vel si in rem agatur in solam rem petitam l. Fulcinius §. item videamus ff. ex quib. cau. in poss. eatur. Qua missione facta si infra trimestre tempus à die interpositi decreti reus purgare voluerit suā contumaciam, & recuperare possessionem ab actore, admittitur refectis expensis, ac præstita cautione, vt in d. Prag. 3. de ord. iudic. Et si adhuc in contumacia perseuerauerit, & intra dictum trimestre tempus copiam sui facere neglexerit, tunc iterum citandus erit reus ab actore ad vidēdum secundi decreti interpositionem. Qui si non cōparuerit, incusatis iterum contumacijs per actorem procedi debet ad secundi decreti interpositionem, si vero comparuerit in termino prædicto & infra tres dies vtiles post comparitionem cōtinuo sequentes expensas restituerit, audiri debet, ac si à principio comparuisset. Post vero secundam interpositionem, si reus intra [illegible] continuum comparue-

Digitized by [illegible]

parueriṭ, & debitum cum omnibus expensis in causa factis infra dictū mensem actori restituerit possessionem recuperare potest ex secundo decreto pro mensura debiti ad iudicatam. Post dictum vero mensem amplius non auditur nisi fortè reus legitimè docuerit iustum impedimentum, quo casu ad illud tempus per iudicem restitui debet, vt in Prag.reo,de ordin.iudic. per quā corrigitur l. penultima §. penultimo, C.de præscript. triginta annorum, vbi absenti, & contumaci datur annus ad recuperandam possessionem bonorum.

8 Quod si actor neque promulcta,neque ex primo decreto exequi voluerit, sed iuris ordine seruato(quod consulo)ac si reus præsens esset in iudicio,tunc faciet sibi impartiri terminum ad probādum incumbentia incontumaciam rei, infra quem suam fundet intentionem, vel per testes citatos, vel per scripturas, omniaq. alia acta legitimet, vt est publicatio (si examinatum fuerit,conclusio, & sententiæ prolatio, illiusque executio,&c. Et sic habes practicam procedendi contra contumaces.

9 Sed quomodo procedi debet contra vagabundos & alias personas, quæ nec domi,nec personaliter citari possunt? Resp. quod capta informatione de incertitudine loci per curiam, expediri debet citatio per edictum, vt in Const. Reg.citationis, in qua solitum est dari terminus vnius mensis ad comparendum, hoc est decem dies pro primo terminodecem pro secundo,& decem pro vltimo,ac peremptorio termino, & citatur per sonum tubæ in palatio Mag. Cur. quando solebat conuersari Neap. de qua citatione fit relatio in dorso illius,& affigitur in palatio ipsius curiæ ibi affixa remansura durante termino, quo elapso remouetur in præsentia duorum testium,de quibus testibus, & die remotionis fit relatio,& accusātur cōtumaciæ vt supra,& datur terminus, & proceditur (vt dixi incontumaciam. Et si casus euenerit in capienda informatione ita formabis libellum. In Magna Cur. Vic. comparet N.C. de Ciuitate Neap. & dicit comparentem ipsū debere consequi ducatos centum à N. C.de eād.ciuit. ex causa mutui, & quia vagatur per mundum, nec scit potest certum domicilium, vel [illegible]. Proinde petit is de prædicta [illegible] ipsum per edictum citari, ipsumq; vt iuris cōdemnari cum refectione damnorum interesse, & expensarum, &c. Sed quæ erit practica procedendi super tenore instrumenti pro pecuniarijs causis seruata forma ritus Mag. Cur. Resp. quod ante omnia debet creditor reassumi facere instrumentum in forma probante, & si libram auri excedat subscribi faciat nedum à Iudice, & Notario, sed etiam à tribus testibus, & si non excedat, à duobus tantum, alias diceretur nullam roboris firmitatem habere, vt in Const. Reg. Instrumentorum robur.

10

11 Quod instrumentum reassumptū, præsentari debet apud acta Mag. Curiæ, & deinde expediri debet citatio contra debitorem (quam vocant super tenore instrumenti) citationes.n. super tenore instrum. non possunt expediri sine illius præsentatione, vt in Prag. 9. in princ. de off. iustit. & ita erat decisum per rit. Mag. cur. incip. Item nota quod

12 assignas,in princ. iuncto fine. Citatione autem expedita citari debet debitor vt in rit. Mag. Cur. incip. Item quod si qui debitores, ibi citentur, vel domi, vel personaliter, vt in d. Prag. relatione de ord. iudic. Et vide rit. Mag. Cur. incip. Item quod quando quomodo citetur debitor de fuga suspectus, vel fugi-

13 tiuus. Quo citato debet creditor ipse accusare primam contumaciam, vt in rit. Mag. Cur. incip Item quod vbi aliquod,& non eius procurator, prout in ciuili in vltima die termini dati reo debitori ad comparendum, vt in rit. Mag. Cur. incip. Itē seruat dicta curia incitatione. Qua prima contumacia incusata debet creditor ipse personaliter vltimā contumaciā accusare in vltimo pe-

Digitized by Google

remptorio, vt in d.rit. incip. quod vbi aliquod ideſt in prima curia quæ regetur elapſo triduo poſt primam contumaciam, vt in rit. Mag. Cur. incip Item ſeruat ipſa curia in principali cauſa, vel infra menſem, vel duos menſes, vt infra nu. 51. ideſt Curia ipſa ſedente liquidare inſtrumentum, vt in Prag. 9. §. Item vogliamo de off. iuſti. Et aſcendere palatium. Quamuis creditor volés liquidare inſtrumentum clericus ſit, Carau. ſuper rit. 166. nu. 34. Item carceratus intus carceres ipſius Mag. Cur. qui adhuc perſonaliter comparere tenetur coram ipſa Curia, & ita practicatur, & ſe vidiſſe practicari refert Carauit. ibidem nu. 23. & facta liquidatione reuertitur ad carceres. Item quamuis creditor minor ſit, quia adhuc perſonaliter comparere tenetur. Planè ſcias quod ſi minor eſſet maior ſeptennio, & tunc debet venire vna cum tutore, ad cuius inſtãtiam conſtito de præambulo, & ſolemnibus, fuit expedita citatio, ſi verò eſſet minor ſeptennio ita quod ſit infans, & tunc ſi in citatione fuit facta mentio qualiter pupillus erat infans, & debitor nõ inſtaret quod veniat pupillus, liquidatur inſtrumẽtum tutore ſolum comparẽte, ſi verò inſteterit quod veniat pupillus, & tunc quantuncunque eſſet infans, in Curia etiam ſi opus eſſet portari in brachijs, debet aſportari, & ita practicari refert Carau. ibid. nu. 24. Item amplia creditorem teneri comparere perſonaliter tempore liquidationis, quamuis ſit infirmus, quia adhuc tenetur aſcendere dictum palatiũ, nec ſufficit quod equitando veniat in ſuportico, vt ibid. nu. 22. Item amplia quãuis mulier ſit creditrix, quæ adhuc comparere tenetur tempore liquidationis in palatio Cur. Niſi tamé mulier eſſet honeſta Neapolitana tunc. n. ratione honeſtatis non tenetur curiam ipſam aſcẽdere, ſed ſufficit quod veniat ad eccleſiam propinquiorem Foller. ad Maran. fol. 361. nu. 5. ſecus autem ſi mulier eſſet extera vel Neapolitana inhoneſta, quia tũc in tribunali comparere tenetur, Carauita 14 ibid. nu. 24. in fi. Sed etiam debitor citatus ſuper tenore inſtrumenti debet perſonaliter comparere alias condemnatur, & vt contumax deindé ſtatim capi poteſt de perſona, vt in d. rit. Item quòd ſi qui debitores, & carceratur. Niſi tamẽ debitor de ſero comparuiſſet coram iudice, cui comparitioni ſe ſubſcribere tenetur Iudex, vt in Prag. 13. §. ideſt de off. iuſt. quo caſu purgatur cõtumacia. (Beneuerum eſt, quod reus tenetur ſequenti curia facere inſiſtentiam, & actore inſtante fiet liquidatio, actore verò non comparente licentiatur debitor, vt in rit. Mag. Cur. incip. Item quod plerumque contingit) vel niſi fuerit allegata abſentia debitoris, tunc. n reus non condemnatur, ſed datur dilatio ad comparẽdum, qua finita ſi non comparet, iterum vocatur curia ſedente pro tribunali, abſque noua requiſitione, & condemnatur Carau. in rit. 169. nu. 15. in fi. & in rit. 266. in 15 princ. Sed an ſi reus tempore liquidationis comparuerit, ſit carceribus mãcipandus. Reſp. quòd regulariter ſic, d. rit. Item quòd ſi qui debitores, à quibus non liberatur niſi ſoluto prius debito creditori, & pæna Regio fiſco, quæ licet de iure ſit tt. trium pro qualibet vntia Carau. ſuper rit. 133. nu. 2. hodie tamen pro pæna ſoluuntur duo, & ſic de tertia parte ſit gratia, ſed in paruis quantitatibus ſit gratia de medietate. Quæ non euitatur, quamuis eodem die quo carceratur debitor creditori ſol- 16 uerit Carau. rit. 169. num. 8. in fin. Eſt igitur carcerandus debitor virtute inſtrumenti liquidati, ſecundum formam ritus. Quamuis in vim exequutionis offerat omnia bona ſua mobilia, & ſtabilia Carau. in d. rit. 169. nu. 54. cũ ſeq. 17 Secundo amplia quamuis debitor aſſerat ſe ſatisfeciſſe, vel inſtrumẽtum eſſe falſum, nullum ſimulatum, vel alterius defectus, vt in d. rit. Item quod ſi qui debitores ibi, quãtuncunque aſſerãt ſatisfe-

Digitized by Google

tisfeciſſe. Niſi tamen ſolutio vel alia exceptio in promptu probaretur per publicum inſtrumentum, vel aliam ſcripturam authenticam, per teſtes, vt in rit. Mag. Cur. incip. Item ſeruat ipſa Curia quod ſi aliquis vel aliqua interrogatur, & in rit. incip. Item in caſu præmiſſo, ſed an ſi inſtrumento fuerit appoſitum pactum quod ſolutio non poſſit probari per teſtes, reluctante parte, ſi reus habeat teſtes in promptu debeat carcerari, videatur Marſ. in rubr. C. de probat. nu. 33. & Salic. relati per Apoſtill. ad Frecc. fol. 109. à terg. quòd non licet ibi contrarium teneat Frecia. Tertio amplia quamuis debitori per Iudicem fuiſſet iniunctum, ne creditori ſoluat, Frecc. fol. 83. num. 18. Quarto amplia quamuis per Baronē, vel per principalem remiſſio cauſæ petatur, quia hoc caſu non habet locum, vt dixi inf. cap. proximo nu. 24. Quinto amplia quamuis, contra mulierem inſtrumentum præſentetur, vt in d. rit. Item quòd ſi qui debitores in princip. Beneuerum eſt, quòd ſi mulier debitrix eſſet Neapolitana, & honeſta fit ei mādatum, vt eligat ſibi domum vbi intendit ſtare carcerata, donec de debito ſatisfecerit, & ea non eligente electio fit per curiam, & ſub pęna mandatur ipſi mulieri quòd accedat ad locum electū, qui ſibi pro carcere aſſignatur, ſi vero mulier eſſet extera, aut Neapolitana inhoneſta locus carceris deputatur ad arbitrium Iudicis, Carau. ſuper d. rit. 166. nu. 4. in fin. allegat Gram. deciſ. 33 num. 12. Item amplia quamuis tertius dicat debitorē illum eſſe prius ſibi obligatum ad ſeruitia perſonalia, Frec. fol. 81. nu. 5. ſed an ſi creditor vigore contractus petijt aſſiſtentiam contra debitorem (& ſic ciuiliter agendo) in qua cauſa fuit proceſſum ad litis conteſtationem & publicationem, poſſit creditor agere criminaliter, via ritus, cōtra eundem? Videas Marāt. fol. 509. diſput. 6. per totum, vbi quòd ſic vbi refert ita fuiſſe deciſum per Sacrum Regium Conſilium, & vide Frecc. fol. 79. q. 9. per totum, vbi idem tenet.

23 Eſt igitur carcerandus debitor vigore inſtrumenti liquidati per Magnam Curiam. Niſi tamen à liquidatione prædicta ad Sac. Reg. Conſ. fuerit appellatum eamq. appellationem Curia ſedente tempore liquidationis præſentauerit debitor, dictantem tamen, verbum fieri ſimpliciter, vt in Pragm. 9. §. item vogliamo, el ſecundo, de offic. mag. iuſt. tunc enim præſtita cautione de parendo mandatis non carceratur debitor, ſed ſuperſedetur pendente
24 verbo faciendo. Secus autem ſi regia decretatio dictaret quòd Magna Curia prouideat vel referat, quia tunc poſſet Magna Cur. ipſa procedere ad carcerationem, vel ad relationem, & ſuperſedere Carau. ſuper d. rit. 166. num. 11.
25 Sed an poſſit appellari ab accuſatione obligationis penes acta Magnæ Curiæ Vicariæ ad impediendam exequutionem? Reſpon. quod ſic, ſicut in liquidatione inſtrumenti, & ita obtinui verbum fieri, & cum caſus contigerit ita formabis libellum in ambabus cauſis.

Sac. Regiæ Maieſtati.

26 Humiliter ſupplicat N. C. dicens per veſtram Magnam curiam Vicarię fuiſſe incuſatam obligationem ducatorum centum, ad inſtantiam N. C. vel fuiſſe citatum ſuper tenore inſtrumenti pro ducatis centum. Et quia dicta obligatio eſt illiquida, vel inſtrumentum illiquidum, pactionata, & pactionatum, propter quod non poteſt agi via exe-
27 cutiua, ſed via ordinaria. Supplicat propterea vti grauatus (cum reuerentia) Maieſt. V. verbum fieri, in veſtro Sac. Conſilio, vt eius indemnitati prouideri poſſit, vt Deus, &c. Secundo car-
28 cerandus eſt debitor, &c. Niſi citatus ſuper tenore inſtrumenti in quo cum iuramento renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ, infra biennium habita à iuramento habilitatione exciperet pecuniam non fuiſſe numeratam, Carau. ſuper d. rit. 166. nu. 41. cum ſeq.

Digitized by Google

Tertio limita: Nisi instrumentum non esset, descriptum, & subscriptum per notarium, iudicem, & duos vel tres testes, vt supra. Sed quid si instrumẽtum quod præsentatur liquidandum in Magna Curia esset subscriptum per testes illiteratos, facto per eos signo crucis in partibus an possit liqnidari? dic secundum Carau. in d. rit. 166. num. 9. in fin. quòd aut est certum ibi adesse testes alios litteratos, & nõ potest liquidari, aut certum non adesse, & liquidatur, aut est dubium, & tunc supersedetur, & ita in practica seruari refert, donec auditis partibus aliter prouidebi-
30 tur. Quarto limita: nisi debitor allegasset instrumentum fuisse confectum insimul cum patre, dum erat in eius potestate, vt ex lectura instrumenti, & nũc esse sui iuris per emancipationem vel mortem, nec quòd bona paterna possidet propter quod non tenetur nisi inquãtum facere potest, tunc enim potest iudex procedere ad liquidationem, verum pro debito, & pœna supersedere in exequendo personaliter, donec aliter fuerit prouisum super dicto beneficio, & vbi in promptu non appareret de emancipatione, vel morte posset iudex procedere ad liquidationẽ, & carcerationem Carau. rit. 166. nu. 79. vbi in fine subdit predicta vera esse nisi esset renunciatum huic beneficio, tunc enim non esset impedienda carceratio, nisi filiusfamilias obtinuisset absolu-
31 tionem à iuramento, vt ibi. Hac etiam ratione non possent carcerari aliæ personæ quæ non tenentur vltra quam facere possunt, Bernard. Pand. de liqu. instrum. par. 5. q. 30. habita prius absolutione à iuramento, Capell. Thol. decis. 258. sicut in filiofamilias diximus, vt scilicet si parentes à liberis conueniãtur, l. sunt qui ff. de re iudic. §. pen. Instit. de actionib. l. licet ff. de obseq. à liber. &c. Vel si patronus patrona, horumue liberi conueniantur, vel parentes à libertis d. ll. concord. tex. in l. patronus ff. de re iudic. Parique modo si maritus ab vxore, vel è contra vxor. à marito conueniatur d. l. patronus, & l. non tantum ff. eo. tit. Nisi tamen actione rerum amotarum agatur l. si reru & ff. de re iudic. l. si mulier §. fin. ff. rerum amotarum. Idemq. dicas in milite conuento l. miles in prin. l item miles. ff. de re iudic. Hæ enim personæ vltra quam facere possunt non tenentur. Prout & nõ tenetur quis ex causa promissæ dotis §. si de dote. Instit. de actionib. concordat text. in d. l. patronus, in l. sicut, cum l. sequen. ff. de re iudic. in l. rei iudicata §. fin. cum duabus ll. sequen. eod. titu. Nisi tamen (primo limita) pater vxoris ex dotis promissione solut. matrimonio conueniatur d. l. sicut, ibi, Sed an si cum socero. Secundo limita: nisi non vxor neque socer, sed extraneus dotem promiserit l. si de dote ff. de iur. dot. Hoc enim casu insolidum tenetur, nisi extraneus tãquam ex causa dotis debitor mulieris, dotem promiserit l. si prior ff. solut. matrimonio. Tertio limita: nisi mulier vel socer in escandi mariti causa ampliorem dotem promiserit d. l. si de dote, ibi, quid enim ff. de iur. dot. Sed an quis actione pro socio teneatur inquantum facere potest? Respon. quod sic §. penult. Instit. de actionibus d. l. sunt qui, nisi non vniuersorum bonorum socij essent l. verum est ff. pro socio, vel nisi causa cognita iudici aliter videatur l. sed hoc §. fin. ff. de re iudic. vel nisi reus socium se negauerit, vel ex dolo socij agatur, vt ibidem. Præterea donator vltra quam facere potest non tenetur, l. qui ex donatione ff. de donat. l. diuus Pius ff. de reg. iur. l. inter eos §. is quoque ff. de re iudicata §. sed & si quis, in fine. Instit. de actionibus l. cum causa ff. de re iudic. l. si extraneus in principio ibi. hoc enim diuus Pius ff. de iure dotium. Et hoc quamuis causa donationis in aliam actionem sit translata: puta in actionem de constituta pecunia, vel iudicati l. qui id quod in pri. ff. de donationibus l. Nesennius §. fin. ff.

Digitized by Google

de re iudic. limita, autem nisi donator à donatario delegatus alij promiserit ab eoque conueniatur d.l. Nesennius, in princ. ibi. si te donaturum l. qui id quod §. si cum primus ff. de donationibus, vel nisi hæres vel fideiussor conueniatur d. l. Nesennius §. & sicut hæres
32 ff. de re iudicata. Planè scias quòd si dolo rei conuenti factum sit quo minus facere possit, tunc enim insolidum tenetur l. si quis dolo ff. de re iudicata l. verum est ff. pro soc. (& sic carcerari posset.) Prout etiam tenetur si tempore quo conuenitur quis facere possit d. §. tempus, vel si reus dolo fecit quo minus acquirat quod adquirere poterat l. nemo in fine ff. pro socio, & sic habes casus in quibus quis non tenetur nisi inquantū facere potest, quos nota ad euitandum carcerationem virtute ritus, prout in filiofamilias dixi-
33 mus. Quinto carcerandus est debitor vigore instrumenti, nisi instrumentum quod liquidatur sit infra vntiam, tunc enim via ritus non esset procedendum, vt in rit. Magn. Cur. incip. Item quæcunque instrumenta, Marant. fol. 364. num. 25. Frecc. fol. 116. nu. 1. vbi etiam si instrumentum esset in vntia, Apostilla ibi: quia non præsentatur. Nisi ex residuo vltra vntiam quòd debebatur
34 liquidetur Carau. rit. 187. Sexto limita, nisi allegetur instrumentum non fuisse stipulatum de facie ad faciem & pone exemplum si debitor qui se obligauit stipulatus fuit nomine alterius, Afflict. decis. 64. Frecc. fol. 94. à terg. vel quia ille cui facta fuit promissio de soluendo, stipulatus fuit procuratorio nomine alterius, tunc enim viso instrumento, & altero ex præfatis reperto, instrumentum non posset liquidari, seruatur tamen in practica hoc vltimo casu ad euitandum istam oppositionem quod compareant ambo, id est, tam stipulator nomine alterius quam principalis, & ita practicaui in notario stipulante alieno nomine. Beneuerum est, quòd si ille qui stipulatus fuit solutionem sibi fieri nomine alterius, fuerit etiam stipulatus proprio, & principali nomine: tunc posset liquidari instrumentum Carau. d. rit. 166. nu. 19. sequi-
34 tur Frecc. fol. 94. quæst. 4. Septimo limita, nisi instrumentum quod liquidari prætenditur confectum sit extra regnum, tunc enim nō posset via rit. procedi, nisi habita prius aliqua summaria, & extra iudiciali informatione qualiter ille qui scripsit instrumentum est publicus notarius, vt in rit. Magn. Cur. incip. Item seruatur in dicta Curia quod instrumenta. Pro qua summaria informatione sufficerent litteræ testimoniales ciuitatis vel officialis illius, sigillatæ authentico sigillo, & ita quotidie seruari in practica in omnibus curijs Regni refert Carau. ibidem.
35 Octauo limita, nisi instrumentum non esset confectum à notario à Rege creato, vt in Const. Reg. Instrumentorum, & in Constit. in locis demanij. Et ideo instrumentum à notario Apostolico confectum non posset criminaliter liquidari. Frecc. fol. 5. à terg. num. 2. & 3.
36 Nono limita, nisi creditor fuisset præuentus & citatus ad instantiam debitoris ad cassandum instrumentum, vt in rit. Mag. Cur. incip. Item quòd quando contigerit, præstita prius per ipsum debitorem cautione de soluendo debitum, & pœnam seruata forma Regiæ Prag. 1. de præuen. mod. quæ requiritur quamuis debitor præueniens esset manifestè idoneus, & soluendo, Carau. super rit. 189. nu. 9. circa medium, & videas Frec. fol. 59. nu. 1. & sequ. q. 9 par. Ac citato creditore in causa præuētionis per diem ante expeditam citationē super tenore instrumenti, vt in rit. Magn. Cur. incip. Quod vbi facta est præ-
37 sentatio. Decimo limita, nisi instrumētum non esset de per se liquidum absq; alia probatione ad probandam liquiditatem, vt in rit. Mag. Cur. incip. Nota, tunc enim liquidari non posset, etiam si in illo instrumento inliquido appositum esset pactum vt pro liquido præ-

Digitized by Google

sentari possit, Frecc. fol. 47. à terg. 3. q. per totum. Et dicitur instrumentum liquidum quotiescunque nulla egeret probatione extrinsecus facienda, vt in d. rit. incip. Nota. Qua propter si vir petat dotem sibi promissam pro matrimonio contrahendo, quia egeret probatione qualiter matrimonium est cõtractum, vt in l. tali ff. de iure dot. instrumentum non esset liquidum, eodemq. modo instrumentum non esset liquidum, si restitutio dotis soluto matrimonio petatur, quia egeret probatione qualiter factus est casus restitutionis per mortem, Carau. super d. rit. 167. nu. 5. Frecc. fol. 99. à terg. 2. q. per totum. Scias autem quod quotiescũque instrumẽtum de per se non esset liquidũ, sed iunctum cum alio sic bene posset liquidari, vt in d. rit. Nota dũmodo tamen exhibeatur in forma probante, vel in alia scriptura publica fidem faciente, vt ibidem tenet Carau. num. 1.

38 Vndecimo limita: instrumentum non posse liquidari in casibus notatis in Prag. 1. ad Senatusconſ. Velleia, & in

39 Pragm. 4. Cardi Granuel. Duodecimo limita: nisi à die natiuitatis actionis elapsum esset tempus viginti annor. vt in d. rit. Nota. Quod sublimita, vt per

40 Carau. ibid. Decimotertio limita, nisi instrumentum, cõfectum à notario vasallo alicuius Baronis per ipsum Baronem præsentetur, quia nullam fidem facit nec in iudicio nec extra, vt capit. Reg. Ladislaus ex quo contractus Baronum confici debent per notarios demaniales quod hodie non seruatur, & ita obtentum fuisse in contradictorio iudicio refert Frecc. fol. 4. à terg. nu. 3. in fin. similiq. modo non obseruatur Conſtit. Reg. In locis demanij nostri, ibi: nisi sint de demanio per quam statuitur instrumenta non posse confici, nisi à notario de demanio, vt ibidem

41 Frecc. Decimoquarto limita: nisi debitor non fuisset citatus d. rit. Item quod si qui debitores, ibi citentur, quo casu non posset ad liquidationem, & carcerationem procedi, nisi tamẽ creditor habens instrumentum liquidum contra debitorem, cum vterque esset in iudicio, præsentet illud iudici dicens vigore illius debitorem teneri incentum, & cum sit præsens petit ipsum interrogari, seruata forma rit. & demum carcerari, tunc enim licet debitor præsens dicat quod citetur seruata forma ritus, quia tunc respondebit, posset iudex procedere ad liquidationẽ Carau.

42 super d. rit. 166. nu. 48. Decimoquinto limita: nisi debitor comparens allegasset se esse filiumfamilias, & sine præsẽtia ac expresso consensu sui patris cõtraxisse, tunc. n. non esset detinendus, Frecc. fol. 72. à terg. 8. q. per tot. siue per publicum instrumentum hoc manifestauerit siue per testes in promptu, Carau. super d. rit. 166. nu. 76. & sequ. Verum, quia creditor multa prætẽdere posset circa validitatem contractus facti per filiumfam. Ideo iudex tempore liquidationis conſtito sibi in promptu citatum esse filiumfamilias, decernere debet procedendum esse ad liquidationem, verum pro debito, & pena supersedeatur in exequẽdo personaliter donec aliter de iuſtitia fuerit prouisum super prætensa nullitate contractus vigore Reg. Prag. 1. ad Senatusconſ. Maced. super qua exceptione dandus est terminus in causa, & ad vlteriora pro-

43 ceditur. Decimosexto limita: nisi debitor tempore liquidationis veniſſet cũ sacco paratus, id est, cum pecunia debita creditori, tunc. n impediretur liquidatio, vt in rit. Mag. Cur. incip. vbi autem citatus. Qua propter hodie seruatur, quod citati super tenore instrumẽti, super rescissione contractus tam pro capitali, quàm pro tertijs soluunt tertias, & non liquidatur instrumentum quoad capitale, nec rescinditur. Et dicit Carau. super d. rit. nu. 9. quod si debitor debet oleum, vinum vel frumentum, quod eo casu non est necesse debitori illud asportare in curia, sed sufficit quod debitor comparendo dicat vi-

num,

Digitized by Google

sum, vel oleum, quod petitur, est repositum in tali loco, quod soluere paratus sum, & tunc Iudex ipse debet dicere quod accedat actuarius, quo accedente, & reperto oleo, vel frumento, non fiet liquidatio. Et si domicilium debitoris vbi debitum esset soluendum esset extra locum iudicij, tunc sufficeret præsentare fidem autenticam qualiter vinum, vel oleum per ipsum debitū
44 reperitur penes talē. Decimoseptimo limita, nisi contra hæredem debitoris liquidetur instrumentum, tunc.n. respondere non tenetur, & per consequens non debet carcerari, quia non iurauit ipse, vt in rit. mag. cur. incip. Item seruat ipsa curia quod si debitor alicuius in fin. Frecc. fol. 91. nu. 1. Bene tamen liquidari posset instrumentum ad instantiam hæredis creditoris cōtra debitorem, facto præambulo, & cōstito prius se esse hæredem, vt ibid. & in rit. incip. Item seruat ipsa curia quod si fit præsentatio, & in rit. incip. quod quando creditor præsentat, & ita seruatur in pract. Carau. fol. 364. nu. 24. Idemq. seruatur in hærede hæredis, Cauen. super rit. 286. circa fin. nu. 13. cum hæres hæredis testatoris sit hæres vulgaris iu-
45 ribus. Decimooctauo limita, nisi ad instantiam cessionarij liquidetur instr. Carau. rit. 186. nu. 1. & seq. vel legatarij, cui nomen debitoris legatum est, Carau. in rit. 178. nu. 8. cum seq. vel hæredis venientis ab intestato, ex latere transuersali, Carau. super rit. 181. nu. 4. vbi etiam dicit quod ad instantiam fratris solet fieri liquidatio facto præ-
46 ambulo. Decimonono limita: nisi creditum solui promissum sit extra ciuitatem Neap. tunc.n. instrumentum liquidari non posset in mag. cur. nisi creditor ipse portaret actum publicum qualiscunque die fuit in illo loco paratus recipere solutionem cuius forma hæc est. Si casus contigerit. In curia Magnifici Capitanei terræ Pedimontij comparet N. C. de ciuitate Casertæ, & dicit N. C. mediāte publico instrumēto hodie præsentato sibi debere in hac terra ducatos centū, pro quibus recipiendis accedit, & quia ignorat si debitor venit, propterea rogat vos Magn. Capitaneum, & totam curiam quatenus dignemini, dictum debitorem per proclama per totam terram perquiri facere ex vestro officio, contra quem, si nō reperiatur protestatur quòd per ipsum non stetit recipere debitum statuta die in loco destinato, & ita dicit, & ad prędicta admitti omni meliori modo. Quo perquisitione facta more solito de ordine officialis fieri faciat publicum instrumentum à notario curiæ, vel alio publico notario, tam de petitione prædicta, quàm de perquisitione, quòd instrumentum postea poterit tempore liquidationis præsentari. Vel poterit creditor ante tempus solutionis cōstituere suum procuratorem ciuem loci solutioni destinati, qui in eo, loco statuta die exigat tale debitum, & demum fieri faciat mādatum à curia dicto debitori quatenus die destinata soluat dicto tali eius procuratori, eiusdemmet loci quod sibi mediante instrum. publico tenetur, quem ad hoc cōstituit procuratorem, & si non soluerit poterit creditor ad demonstrandum quod per eum non steterit statuta die accipere debitum, exhibere in curia authenticam copiam procurationis factæ in personā talis, ac mandati facti debitori cum notificatione dictæ procurationis, & talis copia sufficeret, ita Carau. sup. rit. 167. nu. 30. quem fideliter retuli, in hac materia ob solēnia, & insignia eius dicta, quotidiana (Salua pace aliorum inter-
47 pretum.) Vigesimo carcerandus, &c. nisi instrumentū affictus præsentetur, in quo renunciatū, non esset pacientię nō præstitæ per debitorē Carau. ibi. nu. 20 vbi & idē tenet si instrumentū alicuius fundi præsentetur in quo esset promissa euictio per venditorem & precium per emptorē, cum contractus dicatur vltro citro-

Digitized by Google

citroque obligatorius l. Iulianus §. offerri, vbi Bart. ff. de actionibus empti. Et idem si non esset expresè promissa euictio cum ex natura contractus veniat euictio. l. exempto, in principio, 48 ff. de actionibus empti. Similique modo non posset liquidari instrumentum venditionis frumenti, vel alterius rei mobilis, quod confessus fuit recepisse, si non esset renunciatum exceptioni rei non traditæ. Pand. de liquidat. instrument. part. 5. decimasexta, declarat.

49 Nolo omittere quòd omnes exceptiones in promptu probatæ vel per testes, vel publica instrumenta impediunt carcerationem, vt in d. rit. Item quòd si qui debitores, quem ita intelligit ibi Carau. nu. 57. licet Pand. in dicta quinta parte: Declarat prima, in fin. voluerit contrarium, & ideo dic secundum eum quo exceptio nouationis, & delegationis in promptu probata impedit carcerationem, vt in declar. 13. part. 5. Item exceptio nouæ conuentionis decla. 14. Doli mętusuè in promptu probata, Declar. 22. Item exceptio cessionis bonorum, trigesimaprima Declar. Concurrentia 32. Declar. Moratoria Principis, 34. Declar. Et priuilegium Brunduſij, Declar. trigesimatertia.

50 Sed an instrumentum in parte liquidum, & in parte non possit præsentari, dic secundum Carau. rit. 167. num. 29. quod aut pars illiquida impedit solutionem, & sic partem liquidam, & non potest præsentari, aut non impedit solutionem, vtputa si dicit instrumentum quòd facta solutione creditor teneatur facere hoc vel illud, & tunc potest præsentari: Verum si instrumentum diceret quòd tempore solutionis teneatur creditor facere aliquid, nõ impediatur liquidatio, & exequutio instrumenti, sed dicitur quòd exequatur, & fiat depositũ, & illud non liberetur nisi adimpleta promissione per creditorem, & ita seruari in practica referi ibidem, sed quomodo procedatur criminaliter de periurio in Magna Curia Vicarie

51 succeſſiuè videndum etiam esse operæ precium esse dixi. Quare debes scire, quod præsentato instrumẽto in Magna Curia, siue in carta pergamena, siue bambacina, reoq. citato personaliter, vel domi vt supra, accusari debet prima contumacia per creditorem, & non per procuratorem in vltima die termini dati ad comparendum, & elapso triduo, prima Curia sedente pro tribunali, debet accusari vltima contumacia, simpliciter per creditorem personaliter comparentem, prout supra diximus super tenore instrumenti. (Planè scias quòd si creditor nollet in dicta prima Curia elapso triduo accusare vltimam contumaciam, & debitor esse citatus intus Ciuitatem Neapol. quod eo casu posset quandocunque voluerit creditor Curia sedente intra mẽsem dictam vltimam contumaciam incusare, & si debitor extra Ciuitatem esset citatus intra duos menses, vt in rit. Mag. Cur. incip. Item nota quod si feci te citare, & ita seruatur etiam super tenore instrumenti, quo termino elapso citatio esset circunducta, & sic deberet debitor de nouo citari.) Quiquidem debitor si in vltimo peremptorio comparuerit proceditur ad contestationem litis hoc modo videlicet. Defertur iuramentum debitori præsente creditore de facie, ad faciem coram Iudice, ipsum interrogando si instrumentum est verum, & si tenetur ad summam in instrumento contentam, & si confitetur instrumentum esse verum, & teneri sit præceptũ, quod soluat debitum, & pœnam, & non discedat à Palatio, si verò negat datur terminus in causa ad probandum incumbẽtia, præstita prius cautione per ipsum debitorem de standi iuri, & se præsentando tempore publicationis, ac refectis expensis & soluta pœna Fisco ad rationem grani vnius pro quolibet ducato, quibus adimpletis proceditur in causa, ad vlteriora iuxta ea

quæ

Digitized by Google

quæ dicam, infra cap. 4. per totum.
Verum tempore publicationis debitor tenetur se præsentare, & fit citatio ad præsentâdum tam contra principalem quam fideiussorem, & si non comparet accusatur pœna fideiussionis, & si comparet tenetur præstare fideiussionem de stando iuri, & soluendo iudicatum, quam si non præstiterit detrudetur incarceribus, & ipso carcerato proceditur ad vlteriora in causa, & ita practicatur debitore comparente in vltimo peremptorio. Cæterum si non comparet reputatur contumax, & elapso mẽse exequitur contra ipsum realiter, & personaliter tam pro capitali, & expẽsis, quàm etiam pro pœna vt supra, & si comparet intra dictum mensem admittitur purgata contumacia in soluta pœna prædicto Fisco, parti expensis, ac præstita cautione, vt supra, & sic habes practicam de periurio. Quæ autem si practica petentis se declarari hæredẽ, & in assecuratione iudicij videndum
52 restat. Et quo ad primam ita formabis libellum. In Mag. Cur. Vic. comparet. N.C. de Neap. & dicit quod in vltimis constitutus N. C. ipsum hæredem instituit vniuersalem super omnibus eius bonis, creditis, actionibus & recolligentijs. Intendensque proinde dictam hæreditatem adire, cum beneficio tamen legis & inuentarij, ne in futurum teneatur vltra vires hæreditarias. Instat propterea ad prædicta admitti omni modo meliori. Qua petitione oblata fit decretum quod capiatur summaria informatio de expositis, ideſt comparentem institutum esse hæredem, & assertum testatorem esse mortuum, & ecclesiasticæ sepulturæ traditum. Eoq. constito fit decretum prœambuli, & declararur hæres cum potestate accusandi, &c. (Planè scias quod ad probandum quem esse mortuum requiruntur duo testes adminus de visu, & de auditu septem, si de visu constare non possit) quo decreto lato debet expediri citatio super additione hæreditatis, & citari debent omnes creditores personaliter, vel domi si certi existerent, & si incerti, per bannum, & pro clama per loca solita, quod tali die & hora comparent prope Ianuam Diui Thomæ, ad videndum confectionem inuentarij, hæreditatisq. aditionem, in qua die, & hora præsentibus locupletibus, id est qui viderunt testatorem mortuum, & ecclesiasticæ sepulturæ traditum annotantur bona testatoris, & aditur hæreditas, de quibus omnibus conficitur publicum instrumentum. Et ita seruatur quando quis petit se hæredem declarari ex testamento. Cæterum quando ab intestato tunc non solum requiritur probari T. esse mortuum, &c. Sed etiam se esse propinquiorem in gradu. Quo constito fit decretum præambuli, &c. Et hoc quando suus hæres intendit ab intestato succedere cum beneficio legis. Cæterum si extraneus esset, tunc debet expediri citatio per edictum, & citari omnes interesse prætendentes super hæreditate T. ab intestato decedentis, accusari cõtumacia, & debent alia fieri secundum ea quæ dixi supra, & deinde fit decretum, quod capiatur summaria informatio de incumbentibus, qua capta, & constito de allegatis: fit decretum præambuli, & fiunt omnia alia quæ de
53 super notauimus. In assecuratione verò iudicij ita formabis libellum. In Magna Curia Vicariæ comparet N. C. de Neap. & dicit comparentem ipsum consequi debere, à N.C. ducatos centum, & cum interfit sua de prædictis de 100. securum, cautumq. se reddere cum sit de fuga suspectus nihilq. possideat in hac Ciuitate. Instat proinde dictum T. de persona capi, capitumq. carcerari vel quòd præstet cautionem de stando iuri, & ad prædicta se admitti omni modo meliori. Quo libello oblato fit decretum quod capiatur summaria informatio, & constito,

Digitized by Google

de credito, & fugæ ſuſpitione, expediuntur literæ executoriales quòd capiatur de perſona, & ducatur ante præſentiam Iudicis ſubſcribentis, illucque ducto. ſi habet fideiuſſores de ſtando iuri pro petitis duc. 100. liberatur, & ſi non, carceribus mancipatur, & ita ſeruatur in Mag. Cur. Vic.

ADDITAMENTA Caroli Grimaldi I. C. ad hoc caput primũ.

STilus curiæ habet vim legis Afflic. deciſ. 135. nu. 3. & 253. nu. 4. & 78. in fin. Pariſ. conſ. 43. num. 17. vol. 1. deciſ. rotæ Ien. 206. nu. 2. in fin. facit ex literis de Conſtit. Pariſ. d. conſ. 44. nu. 19. & ideo ſeruandus eſt Pariſ. conſ. 14. nu. 9. vol. 4. Corn. conſ. 285. litera A, vol. 3. & conſ. 290, litera L, vol. 1. Io. Vinc. de Anna ſing. ſuo 492. vol. 2. vbi multi addidit Fabius de Anna, & ſtilus iſte nõ ſolum in cauſis ciuilibus, ſed etiam in criminalibus ſeruandus eſt Iacob Nouell. in reg. 198. nu. 1. hinc fit quod ſententia lata contra ſtilum curiæ eſt ipſo iure nulla ac ſi contra legem lata fuiſſet, Guid. Papa deciſ. 292. nu. 2. & ideo author dixit quod tenentur agere ſecundum ſtilum Mag. Cur. de quo ſtilo poteſt iudex per aduocatos ſe informare ſiue ſcriptura, & partis citatione, vt per Alex. conſ. 14. nu. 2. vol. 8. qui ita firmabat per doctr. Bart. in l. 3. §. fin. ff. de teſti. & d. deciſ. rotæ Ien. 202. nu. 2. dummodo talis informatio non tendat ad derogationẽ legis vel ſtatuti, nam eo caſu informatur parte citata, & mediante ſcriptura, vt per Sen. Luc. dec. 36. num. 15.

Indubitati iuris eſt neminem ſine actione experiri poſſe iuxta text. in l. ſi pupilli, §. videamus in verbo non habuerit circa mediũ ff. de neg. geſt. Bart. ibi nu. 7. & idem Bart. in l. vbi pactum nu. 8. & poſt eum ſcribentes C. de tranſact. Nacl. cõſ. 202. n. 8. vol. 1. latè Aym. Crauet. conſ. 191. nu. 1. quia qui caret actione obtinere non poteſt l. quoties, §. Item ſi temporali ff. de admin. tuto. vbi Bar. & doct. in l. ſi titius ff. de verb. oblig. Ant. Cioff. conſ. 13. nu. 21.

Ampliatur reg. hæc quod Iudex videns actorem ſine actione agere poteſt ex eius officio etiam parte conuenta, non opponente repellere ipſum actorẽ, vt hic dicit author cui addo Alex. notabiliter in conſ. 166. nu. 4. vol. 6. & in conſ. 136. nu. 17. vol. 2. Card. Zabarell. in conſ. 29. nu. 6. Anchar. conſ. 216 nu. 6. in fin. etiam quando calumnioſè agit ſecundum Roma. in conſ. 42. nu. 4. quod procedit etiam, quando ex forma ſtatuti reus conuentus nihil opponere poteſt Rom. cõſ. 67. nu. 5. circa fin.

Imo reus nec pati poteſt ſe cõueniri ab actore ſine actione, vt per Alex. in d. conſ. 166. nu. 4. in d. cõſ. 13. nu. 11. de quo tamen dicto dubitandum videtur, quoniam ſi reus ſciuit actorem ſine actione agere, & tacuit ſibi præiuditiũ facit. Ideo diſtinguendum, Aut reus ſciuit actorem agere ſine actione, & tacuit, aut ignorauerit, vel opponere nõ potuit, forte impeditus, puta quia abſens. primo caſu de ſe ipſo cõqueri debet non autem de Iudice; ſecundo autẽ caſu iudex ex officio opponere tenetur, & actorem repellere vt poſt, Bart. & Paul. de Caſtr. ſcriptũ reliquit Cur. ſen. in d. l. vbi pactum nu. 32. verũ Iac. de S. Geor. in d. l. pactum nu. 15. C. de tranſact. vult in vtroque caſu, iudicem teneri repellere actorem ſine actione agentem, ratio videtur eſſe quia Iudex non debet pati iuditia eludi, & homines litibus, & impenſis fruſtrari, vt in terminis prædictorum omnium cõſiderat Iacob. Menoch. de arbit. iud. quæſt. lib. 1. q. 16. nu. 4. & præmiſſa locum habere in ritu Mag. Cur. Vic. apertè decidit Frecc. de præſent. inſtrum. part. 7. quæſt.

Digitized by Google

7. quæſt. num. 4. cum ſequentibus.

Ampliatur prædicta concluſio quòd niſi Iudex agentem, ſine actione repellat, tenetur in Sindicatu parti ad intereſſe ſecundum Iacob de S. Giorgio in d.l.vbi pactum nu. 15. ſpecul. in tit. de diſput. & alleg. §. fin. num. 11. verſ. quid ſi nolit, ratio eſt, quia in caſibus præmiſſis Iudex neceſſitatur repellere actorem vt poſt Bar. in d.l.vbi pactum Cur. ſen. nu. 32.

Sed prædicta tamen limitanda ſunt, quando Iudici conſtat actorem agere ſine actione, vt iudici in eodem tribunali, & ipſo iure, & ex officio poteſt pro parte ſupplere, vt poſt Salic. Cur. ſen. in d.l.vbi pactum nu. 30. C. de tranſact. Ang. de Peruſ. in l. 1. circa fin. ff. de except. Iacob. de S. Georgio in l. exigendi nu. 6. C. de procur.

Amplianda etiam ſunt præmiſſa in Iudice qui arbitrium cognoſcendi, & terminandi lites habet; quoniam arbitrium non habet, dicitur habere ſi modo actor ius habeat, quo experiatur, alias eſſet habere arbitrium ſine effectu, cum deficiat, ſubſtantia, hoc eſt actio vt notabiliter Iacob. Menoch. in d. tract. de arbit. iud. q. lib. 1. quæſt. 16. nu. 4. circa fin.

Amplia maximè ſi reus conuentus excipiat agenti actionem non competere Rom. in conſ. 224. nu. 5. Aymon Crauet. conſ. 192. num. 5. vbi latè Deci. conſ. 275. incipiente in cauſa quæ lucæ num. 3.

Amplia etiam quòd oppoſitio partis neceſſaria non ſit, quando agenti denegatur audientia ipſo iure vtputa odio perſonæ quia agens bannitus eſt, Aym. Crauet. d. conſ. 191. nu. 1. & Deci. d. conſ. 275. nu. 3.

Diſtinguendum eſt in iſto artic. aut reus oppoſuit exceptionem Carentiæ actionis, & de ea docuit, & ad condemnationem procedi non poteſt Bar. in d.l. Titius nu. 1. circa ff. de verb. oblig. aut non fuit per reum oppoſitum, & fuit lata ſententia in fauorem agentis, & iterum diſtingue, aut ab iſta ſententia reus condemnatus appellauit, aut non, & ſic ſententia fecit tranſitum in rem iudicatam, primo caſu ſententia eſt nulla, & à Iudice appellationis reuocanda, & annullanda in 2. Verò caſu ſententia valida manet per tex. in c. Abbate, ſanè §. quoniam, & ſi, de re iudic. in 6. & acta non minus valida ſunt, quia iuditium ſine actione indiſtinctè valet, ac ſi debitè petitum fuiſſet, d. §. quoniam, & ibi gloſ. in verbo tenuit Bar. in d.l. ſit titius num. 1. circa fin. Franc. in d.c. Abbate ſanè §. pro parte num. 4. & ibi Gem. in §. ſed ad hæc num. 4.

Amplia, quòd ſi poſt rem iudicatam, iudex videat actori, pro quo ſententiam tulit, non competiſſe actionem ſententiam reuocare nequit, d. §. quoniam. Amplia quod poſt rem iudicatam exceptio non competentiæ actionis opponi non poteſt Ial. poſt Alex. in l. nam & poſtea, §. ſi damnetur num. 3. ff. de iureiur. gloſ. in d. §. quoniam in verbo tenuit.

Amplia, quòd ſolutum virtute iſtius rei iudicatæ tanquam indebitum repeti non poteſt l. cum putarem §. qui ex aſſe ff. fam. herc. limita tamen ſi in ſententia fuerit ſeruatus ordo iuris, gloſ. in d. §. quoniam in verbo tenuit iudicium alias ſi ſententia eſſet nulla poterit repeti tanquam indebitè ſolutum.

Lex. n. commendat lites dirimi per communes amicos l. cõgruentius C. de patr. poteſt. Deci. conſ. 232. in princ. Ancha. conſ. 159. verſ. 1. hoc colligitur Io. Vinc. de Anna alleg. 72. col. 1. vol. 2.

Conſti. hic per authorem allegata loquitur de relatione nuntij exequutionis citationis extra diſtrictum facienda, ideo non incongruum erit hic addere quod relatio ipſius nuntij, vt exequutionem ipſius citationis probet debet eſſe certa clara, & aperta non autem incerta dubia, & obſcura, alias ci-

Digitized by Google

citationis exequtionem non probaret Bart.in l.4.§.præter nu.13. & 14. ff.de damn.infect. Alex.conſ.2.num.9.vol.3. Abb.in c.cauſam nu.8. extra de dol. & contum. idem Abba.conſ.84.nu.2.p.2. Deci. in c.quoniam contra nu. 85. extra de probat.latè Gram.in conſ.ciuili 152.num.16. & 17. Maran. in ſuo ſpecul.in 6.par. de citat. in verbo rectè concipiatur nu.127. Et procedit iſta conc. tam in ciuili, quàm in criminali cauſa ne propter obſcuritatem relationis de exequutione citationis tollatur defenſio rei citati, vt declarat Foller.in pract. crim. in verbo fiat relatio nuntij,nu.14. Iudex enim ex relatione dubia,& obſcura non dicitur certus de modo exequutionis citationis per ipſum, nuntium relatæ, diffuſe Sebaſt. Vant. in ſuo tract. de nullitate ex defectu citat nu.137.138.& 132. Et tunc relatio nuntij incerta, & obſcura dicitur, quando in exequutione citationis eſt vel à Iudice,vel à lege data,& præſcripta nuncio certa forma, pro vt in d. Conſtitutione citationis litteræ, & nuncius poſt exequutam citationem in calce illius, ſimpliciter retulerit citaſſe reum eo modo, & forma, prout ſibi iniunctum fuit, vel retulerit, legitimè exequutum fuiſſe tunc relatio nullius eſt momenti. Nuntius enim tenetur ſpecificè, & nominatim exprimere actus quos fecit, & quicquid ex illis fecerit Alex.conſ.137.num.9.vol.2. & 201.nu.2.eodem vol.2.Bart.in d.l.4.d. §.prætor nu.12.& ſeq.ff.de dam.infect. Bellamer.deciſ.200. And.de Iſern. in d.Conſtit.citationis literę nu.4.quia in d. Conſtitutione citationis literæ,& in Pragmatica, ab authore allegata eſt data forma nuntio in exequutione facienda quia in dictis iuribus dicitur, quod reus citari debeat perſonaliter, vel ad domum ſolitæ habitationis, quæ verba à iure recipiunt interpretationem vt nuntius debeat perquirere, vt citandum perſonaliter in ciuitate inueniat, & ipſo inuento citet perſonaliter, & ſi non inuenitur facta perquiſitione, quod tunc talem primam citationem ad domum ſolitæ habitationis faciat,vt per Alex.qui multa allegat in conſ.2.num.1.vol.3. & Corn.conſ.52. litera D, vol.4. interpretando hanc citationem dum.n. citatur domi debent adeſſe duo teſtes, de quibus nũtius debet in ſua relatione mentionem facere vt in d. Pragm. qui debent intelligere citationem ex doctr.Bald.in l. diffamari,nu.5. C.de ing.manu, ad hoc vt valeat citato referre, vt notitiam habeat hodie enim nuntij in regno, nunquam faciunt diligentiam in perquirendo perſonam citandam,ſed de directo vadunt ad domum, & referunt ſe citaſſe reum,abſque alia perquiſitione, & hoc ex generali conſuetudine, vt teſtatur Maran.in ſuo ſpecul.in 6.par.in rub.de citatione in verbo rectè concipiatur, num.126. relatio enim nuntij eſt de ſubſtantia actus,adeo quod ſententia data,ſine relatione eſt ipſo iure nulla Bart.in l.multum nu.4. ff.de condit. & demonſtrat.Iaſ.in l.1. num.72. ff. de offic.eius.

Per comparitionem rei nulliter citati omne vitium, citationis purgatur, vt per Alex.Iaſ. & Deci. in l.fin. C.de in ius vocand.aſſerentes hanc eſſe communem opinionem Lud.Rom. in conſ. 410.num.2.Soarez in ſuo theſauro recent. ſent.in verbo citatio non rite facta num.67. vbimulta, cumulat Bal.in tract.præſcript. vlt.par. col.40. Franc. Aret.conſ 30. col.fin. verſ.præterea dato quod non poſſet apparere ratio eſt, quia per comparitionem citati dicitur conſtare citationem ad notitiam citati deueniſſe, quod etiam probatur ſi conſtat quòd poſt citationem reus conſtituerit procuratorem in illa cauſa, vel ſuper dicta cauſa conſuluerit amicum ſuum, & validatur, exequutio citationis nulliter factæ, & perpetuatur iuriſdictio, Egid. Bellamer. deciſ.

364.

Digitized by Google

364. Boer. decis. 281. nu. 17. in fin. latissime omnes refert Sebast. Vant. in d. tract. de nullit. in rub. quib. mod. sent. null. rept poss. nu. 122. 123. 124. Fel. in c. gratum col. 2. vers. 2. nota de officio, & potest. iudic. deleg.

Penæ autem rei contumacis plures sunt, quarum vigintiquatuor congerit, Venus in suo specul. aduoc. in 6. par. in rubr. de contumace in verbo aduertatur circa contumaciam à num. 9. vsque ad nu. 37. nota tamen quod ad aliquam dictarum pœnarum non condemnatur reus citatus, si est citatus cum clausula, quatenus sua putauerit interesse, quia non arctatur comparere, & non dicitur contumax, & sic puniri non potest, quia dicitur actor non autem reus, Aflic. in decis. 2. nu. 8. & 9. & dec. 24. nu. 7

Sed si actor fuerit contumax quia in termino citationis factæ per eum non comparuerit, & reus accuset eius contumaciam euanescit citatio, & edictum circunducitur, reus absoluitur ab obseruatione iuditij, & actor condemnatur ad expensas, quas refundere tenetur antequam actor iterum agat late Maran. in 6. par. d. rub. de contum. & in d. verbo, & aduertatur nu. 37. at in causa criminali, si accusator fuerit contumax vltra condemnationem expensarum patitur, pœnam sextæ partis bonorum mobilium, vt per Maran. ibidem eod. num. 37.

Ista conclusio ampliatur etiam in eo, qui fuit missus in possessionem vigore hypotecæ, nam refectis expensis, vt author dicit, tenetur missus in possessionem illam restituere, nisi haberet pactum, vt liceret propria authoritate possidere Bald. in auth. & qui num. 26. C. de bon. auth. iud. possid. limitatur tamen in eo qui est missus in possessionem vigore debiti liquidi, nam eo casu, non tenetur possessionem restituere nisi ei plene de debito fuerit satisfactũ, ita Bald. in l. fi is qui §. si antiphona ff. de pign. & per eundem in cons. 40. ibi missionem passus volu. 4. & cons. 283. vol 5. Crem. sing. 92.

Quia is, qui allegat impedimentum probare debet, & probato restituitur Deci. cons. 454. num. 6. per tex. in l. qui commeatus ff. de re milit. Corn. consil. 109. litera 9. vol. 2. Affl. decis. 29. dummodo non sit impedimentum procuratum, & affectatum, nam tunc non excusat. l. §. fimili modo, & ibi Bart. ff. si quis cautio clem. 2. §. illis, de pen. & in tali casu proceditur vti contra contumacem, vt dicit glos. in d. §. illis in verbo procurarint.

Proprie vagabundi dicuntur, qui nõ habent sedem permanentem, vt citari possit de quibus per text. in l eius qui la 2. §. fin. ff. ad municip. Bald. in l. 1. vers. tamen in vagabundo C. vbi de crim. agi. opor. Suarez in suo thesaur. recept. sent. in verbo vagabundi nu. 2. Io. de Plat. in l. per vniuersam circa fi. C. de colon. tricens. lib. 11. Senatus Lucensis, decis. 16. num. 20. cum enim iudex intendit procedere contra aliquẽ, vt vagabundum eidem constare debet, citandum esse vagabundum, & hoc per summariam informationem, etiam per famam, vel vulgi opinionem habitam, absque alia citatione, & sic quod constet iudici incertum esse quò citandus se transtulerit, Bart. in extrauag. ad reprimendum in verbo per edictum publicum, num. 6. quo constito deuenitur ad practicam authoris, quæ fuit originaria Bald. in l. vt perfectius, num. 4. C. de ann. except. Maran. in verbo recte concipi citatio num. 83. Si tamen vagabundus habet domum in ciuitate, etiã quod in eo nemo habitet edictum debet affigi in ostio dictæ domus, vt inquit Bald. in d. l. vt perfectius, & illum refert, Marant. in loco prælegato, & vide ad hoc Innoc. in c. si aduersarius, num. 6. de eo qui mitt. in poss. causs. rei ser. & distinctionem Sebast. Vant. in tract. de nulli. in rubr. ex defectu citat, num. 122. & an vagabundus si deliquerit.

Digitized by Google

querit, ſit remittendus ad iudicem loci delicti, vel vbique poſſit puniri, vt prætendit gloſ. fin. in l. 1. C. vbi decri. agi oport. quæ quomodo procedat, vide Couar. pract. quæſt. cap. 11. num. 7. & quid in vxore, an teneatur, ſequi virum vagabundum vide per eundem in c. 7. de contractus coniugalis affectu nu. 5.

In inſtrum. reaſſumptione erunt obſeruanda requiſita enumerata per Aſflict. in deciſ. 6. nu. 3. ex doctrina Ioan. And. in c. cum p. tabellio de fid. inſtru. & ibi Abb. nu. 1. Not. qui inſtrumẽtum in regno reaſſumit oportet, vt ſit not. à rege creatus Frecc. in tractat. de præſent. inſtr. par. 1. nu. nam ſi eſſet ab alio reaſſumptum, vtputa à Not. Apoſt. non valeret, quia in regno eius officium exercere non poteſt Afflict. in Conſtit. Reg. baiulos, & in Conſtit. Reg. inſtrumentorum robur. num. 17. Capyc. in c. Imper. §. ſcriba de prohi. feud. alie. per Feder. col. mihi 222. Boer. deciſ. 242. nu. 3. vbi multa cumulat, Couar. in c. 19. pract. q. Vrſill. in addi. ad Afflict. deciſ. 245. And. Iſer. in §. ad iuſtitiam expediendam nu. 68. Felin. in d. c. cum p. tabellio num. 17. etiam ſi iudex regius interuenerit in inſtrnmento confecto per Not. Apoſt. Capyc. deciſ. 201. cum non poſſit etiam de partium voluntate officium exercere Bal. in l. repetita in fin. C. de fid. inſtr. ſed ſi per eum fuerit reaſſumptum non probat, ita Io. Vinc. de Anna in ſing. 246. & ibidem Fabius de Anna aliqua addidit, & infra dicit author. nu. 35. eodem cap.

An inſtrumentum ad commune lucrum, & dãnum poſſit præſentari ſeruata forma ritus vide ad hoc Maran. in ſuo ſpecul. in 6. par. de inſtru. product. nu. 3. vbi diſtinguit tres caſus, in quibus permittitur præſentatio.

Quid dicendum ſi actor agat pro liquidatione inſtrumenti vltro citroque obligatorij, an debeat admitti ſimpliciter, ad liquidationem faciendam, & ſine dubio niſi ipſe actor, qui pro liquidatione inſtat doceat de omnimodo adimplemento, pro parte ſua audiri, & admitti non debet per tex. in l. Iulianus, §. offerri pretium, vbi Bar. & communiter ſcribentes ff. de actio empt. nã quando duo ſunt contrahentes, & vnicuique eorum ex forma contractus incumbit onus aliquid adimplendi, tunc ille debet pro parte ſua, docere adimpleuiſſe, qui vult agere ex illo contractu, Alex. conſ. 49. nu. 3. volum. 2. Deci. conſ. 119. nu. 1. qui de communi opin. teſtatur Aym. Crauet. conſ. 246 num. 3. vbi latiſſime, & poſtremo Rol. à Vall. in conſ. 53. nu. 27. 28. cum pluribus ſeq. volum. 1. & in terminis propoſitę quæſtionis de inſtrumento locationis, & conductionis quod dicitur vltro citroque obligatorium Alex. in præallegatis conſilijs, & deciſ. pedam. Similiter per totum Mari. Frecc. in tract. de præſen. inſtru. par. 7. q. 9. per totum, vbi expreſsè dicit inſtrumentum locationis non poſſe præſentari iuxta formam ritus, & quid de inſtr. dotis an ſit liquidum, & præſentari poſſit ſecundum formam ritus Loffred. conſ. 18. & alij quos refert de Anna ſing. 248. & an inſtrumentum ſine cauſa poſſit exequi via ritus Alex. conſ 3. col. 3. vol. 2. de Anna ſing. 250. vol. 2.

Fallit etiam quando ex ventre inſtrumenti cuius liquidatio petitur, reſultaret aliqua exceptio pro reo contra agentem, eo caſu: licet reus non opponat, virtute dicti inſtrumenti procedi non poteſt quia ſtante exceptione pro reo ex ipſo reſultãte actor dicitur ſe ipſum excludere Bart. in l. eum qui ita, §. qui ita ſtipulatur nu. 4. ff. de verb. oblig. vbi dicit, quod ſi actor producit ſcripturam ex qua reſultat actio pro ſe, & exceptio pro reo non eſt opus quod reus opponat quia actor dicitur opponere illã pro reo Alex. in l. ſi duo patroni nu. 3. & 4. ff. de iureiur. & poſt Bar. in l. lecta num. 21. Cagnol. nu. 156. cum ſeq. Rimin. ſenior ibidem num. 16.

qui

Digitized by Google

qui de communi opinione teſtatur, Aym. Crau. conſ. 151. nu. 10.

Amplia quòd ſi pars non opponat tenetur ipſe iudex opponere ex offic. gloſ. notab. in l. 1. in verbo in conſilio C qui & aduerſ. quos gloſ. in l. 2. verbo aſpectu ff. de ferijs, Aym. d. conſ. 151. nu. 10. ratio eſt quia cum ex inſtrumento in iudicium per actorem, producto cóſtet de exceptione rei dicitur cóſtare de exceptione rei vt iudici, & propterea reo non opponente iudex opponere, & ſupplere tenetur pro reo, Ant. de burgos in c. peruenit nu. 6. de empt. & vend. & patet in iuribus allegatis alias iudex tenetur in ſindicatu, vt latè dixi ſupra in 2. addi. hoc eodem cap.

Vide ad hoc Deci. in c. 2. nu. 30. extra de prob. vbi ponit multas ampliationes, & limitationes ad concluſionem iſtam.

In iſta quinta ampliatione corrigitur ius commune quia mulier honeſta, pro debito ciuili carcerari non poteſt, ſiue debitum ſit publicum, ſiue priuatum. Immo nec pro crimine auth. nouo iure C. de cuſtod. reo & habetur in l. nemo carcerē, C. de exacto tribut. lib. 10. & refert & ſequitur Laſ. in l. fin. nu. 5. C. de iur. emph. Bart. in tracta. de carcer. vbi dicit quod iudex carcerari faciens mulierem honeſtam pro debito ciuili tenetur pęna capitis, hodie vero in regno virtute ritus mulier honeſta pro debito ciuili & pœna accuſari, & carcerari poteſt, vt docet hic auth. noſter, & latè Carau. in d. rit. 166. nu. 1. vſque ad nu. 4.

Fallit etiam ſi in inſtrumento mulier cum iuramento, promittit, & ſe obligat cum pacto, quod poſſit Capi. & carcerari renũtiando omni legum auxilio, & iuris & facti defenſionibus tunc mulier prout maſculus carcerari poteſt Bar. in l. ſi quis ſub conditione nu. 17. & ſeq. ff. de teſta. tut. & idem Bart. in d. tract. de carceribus num. 4. Laſ. in l. ad egregias ff. de iureiur. contrarium tamen tenet Menoch. de arb. iud. quæſt. q. 88. nu. 12. vbi Bar. & cum ſequentes reprehendit & contrarium verum eſſe comprobatur, verum tamē Feder. de ſen. in conſ. 60. tenet valere pactum, & ita vbiq; ſeruari dixit Paul. de Caſtr. in l. titio centum §. titio cētum ff. de cond. & demonſtr. intelligēdo tamen quod captura, & carceratio fit iudicis miniſterio, non autem propria creditoris authoritate, quia fieri non poteſt, etiam per pactum, vt tenet gloſ. & Bald. in auth. imo, C. de act. & oblig. & ita procedunt iura ſupra allegata, quæ ideo per Menochium oppugnabantur, cum illa intelligeret, ſimpliciter, pactum. n. illud operatur, vt captura fieri poſſit ex ſola inſtrumenti inſpectione abſque citatione, vt dicit Maran. in 6. par. de citat. primo membro nu. 11. ſecus enim virtute ritus qui ad hoc non ſe extendit, Maran. in 6. par. de inſtr. prod. nu. 4.

Corrigitur etiam ius commune in doctore, qui licet regulariter de iure communi pro debito ciuili carcerari non poſſit per tex. cum gloſ. in l. medicos, C. de profeſſo, & medi. lib. 10. hodie ex vniuerſali conſuetudine omnium curiarum huius regni, doctor. pro debito ciuili capi, & carcerari poteſt, vt per Carau. in d. rit. 166. nu. 30. vbi dicit quòd multitudo doctorū adeo in hoc regno excreuit, quod doctores ipſi in contemptum inciderūt, intelligo. n de doctoribus, qui conſequuto gradu doctoratus recedunt à via honeſtatis, & ad vitam immoderatam conuolant immemores receptæ dignitatis, de qua per Io. de Plat. in l. magiſtros in fi. C. de prof. & medi. lib. 10. ac ſalutis æternæ, ambulando in tenebris ignorantiæ, & ideo doctores appellari non merentur poſt ponuntur enim bonis ſcholaribus gloſ. in l. 1. C. de anno ciuili lib. 11. latè Bolog. in auth. habita n. 123. C. ne fil. pro pat.

Digitized by Google

Intelligendum est dictum authoris debitorem carcerari, posse virtute instrum. liquidi iuxta formam ritus si requisita concurrunt de quibus latè Frecc.in d.tract.de præsent.instr.in 1. par.in proh.num. 1.quorum vno deficiente debitor, carcerari non potest, vt latè ibi per eum.

Aduerte quod exceptio non numeratæ pecuniæ in contractu mutui infra biennium potest opponi, in alijs vero cõtractibus infra 30.dies, vt per Affl.decis.105.nu.2. vbi multa cumulatq. exceptio, vt locum non habeat tres dantur cautelæ prima, vt debitor fateatur in iudicio pecuniam recipisse,vt dicit Ias.in l.si conuenerit n.19. ff.de iurisd.omn.iud.& in l.pacta nouissima nu.9. ff.de pact.secunda quod debitor iuret pecuniam in veritate recepisse Bal. in l.ex insinuatione nu. 4.de proc.& licet Deci.in c.quoniam contra de probat. Videatur dubitare de d.Bal.tamen Aym.in consuetudine Aluer.in ar.2.in verbo, le exception. defendit doctrinam Bald.veram esse tertia,quod pecunia numeretur corã notario, & testibus, de qua numeratione. Notarius in instrumento mentionem faciat, tunc enim tollitur exceptio,& hodie admodum practicatur ista cautela glos. & ibi Bart. & Doct. in l.si ex cautione in verbo probare, C.de non num.pec. talem exceptionẽ erarij,& exactores publici opponere non possunt,l hi qui fisco,& ibi Io.de Plat.C.de conue.fisc.deb.lib.20. facit l.4.C.de iur. fisci lib.20. l. in contractibus,§.sed quoniam,& ibi Bal. C.de non num. pec. decis. Rotæ Ienuæ 26. num.3.

Emancipatione per scripturam, l. emancipatione, & ibi glos. Bald. & Doct.C.de fid.instr.aut per testes,qui deponant per annos xx. vixisse seorsum à patre quo casu non requireretur scriptura,vt per Afflic. decis. 183. nu.3.vbi multa cumulat: De morte,vt quia testamentum fuit publicatum Bart.in l.fi.nu.11.C.de edict.diu.Adr. toll.nam testamentum hæredi nõ fuisset consignatum nisi testator mortuus fuisset: vel quia parentes fecerunt luctum,& sumpserunt vestes viduales,l. quoties,& ibi Bar.C.de nauf. lib. 11. probatur multis alijs modis de quibus per Bart. in d.l.quoties,& l. 3. C. de murtleg. lib. 11.

Quæ absolutio seu relaxatio cõcedi potest sine vlla partis citatione Aflict.decis.220.nu.10. Io.Vinc.de Anna sing.20.vol.2. Verum si antequam petijt absolutionem à iuramento cõtra ipsum venerit concedenda nõ est, Alex.cõs.17.nu.3.vol.3.periurium.n. commisit Paris.cons.43.nu.16. & eõs. 10.nu.94.& cons.54.nu.15.vol.1.sint ergo cauti qui volunt petere absolutionẽ à iuramẽto,vt antequam veniat dies solutionis petant absolutionem postea autem non conceditur Rola. à Valle cons.34.nu.2.vol.1. & per eundem cons.26.nu.3.vol.3.in qua absolutione si per creditorem fuerit dictũ de nullitate potest iudex laicus de hoc cognoscere incidenter,vt sollemniter concludit Pet.de Anch.cons.382.col. 4.& Fel.in c.1.de iureiur.col.7. vers. possit etiam sæcularis cognoscere.

Fallit tamen si personæ hic enumeratæ essent in dolo tunc non gauderẽt dicto Priuilegio,vt non condemnaretur nisi inquantum facere posset per tex.hic allegatum in l.pen. in fin.ff.de iur.dot.text. & ibi glos.in l.cum post in verbo quidam cum esset ff. de adm. tut.glos.in §.item si dote in verbo facultas inst. de act.&ibi Ias.nu.9.Ang. nu.3.vers.3 fallit Faber.num.6. Illud autem non prætermittam, quòd mulier,& dotem promittentes dicuntur esse in dolo quando supra eorum facultates scienter dotem promiserunt, d.l.pen. ff.de iur dot. glos.in d.l. cum post in verbo quidam cum esset, ff. de adm. tut.Faber. in præall. loco.

Forme

Digitized by Google

Forma autem excipiendi illius qui non tenetur nisi inquantum facere poteſt eſt, videlicet, quod excipiendo dicat non plus promiſiſſe niſi inquantum facere poterat, vt dicit Stephan. Aufr. in addit. ad deciſ. Tholoſ. 259. nu. 7. aduertendum tamen eſt quod ſi iſte perſonæ tempore quo cõueniuntur plus facere non poſſunt, nec egeãt non propterea liberantur, ſed obligantur præſtare cautionem de ſoluendo. Si ad pinguiorem fortunam deuenerint gloſ. in d. §. item ſi de dote in verbo facultates & ibi Ang. nu. 161 ſi vero fideiuſſorem non habent, debent ſe obligare ſub hypotheca omnium bonorum præſentium, & futurorum, vt ibi per Ang. poſt gloſ. & in addit. ad deciſ. Tholoſ. 259. num. 6. tenentur autem inquantum facere poſſunt, deducto ne egeant, in qua deductione modus attendendus eſt circa duo videlicet, circa quantitatem rei, & temporis, in quantitate rei inſpiciuntur facultates, & conditio perſonæ nam ſi eſt perſona, quæ poſſit operari, vel quæ habet officium, vel artificium debet ſibi computari, & fiet deductio operarum: reſpectu autem perſonarum aliter deducendum eſt inter doctorem militem, vel nobilem, aut ruſticum quia doctor qui eſt nobilis ſanguine, plus debet expendere, quam ruſticus, qui non debet vti pane albo, pullis, vel alijs cibis delicatis, ſed debet vti pane groſſo, caſeo, cepis, & fabis, vt poſt Fabr. & Ang. & alios, Iaſ. in d. §. item ſi de dote num. 7. 8. quo vero ad deductionem temporis debet attendi quantitas temporis, & fieri debet, vnica deputatio, & deductio pro toto tempore quo viuere poſſet deductio tempore ætatis in qua conuentus reperitur iuxta text. in l. hæreditatum, & ibi gloſ. & ſcriben. ff. ad l. falcid. Faber. Ang. & poſt omnes alios Iaſ. in d. §. Item ſi de dote, nu. 7. & 8.

Dolus iſte percipi poterit ex coniecturis, & ex qualitate facti, l. 1. ff. de dol. except. Affl. deciſ. 69. nu. 8. & per ea quæ dixit extra iudicium Bart. in l. fulcinus, §. quod autem, ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. Alex. conſ. 127. num. 15. vol. 4. & alijs modis de quibus per doct. in d. l. 1.

Limitatur etiam in ceſſionario, qui non poteſt liquidare inſtrumentum iuxta ritum eadem ratione, quia non fuit ſtipulatum de facie ad faciem, Franc. Scaglion. in ritu 163. numero vigeſimoprimo.

Limitatur etiam ſi inſtrumẽto quis fuerit adiectus ſolutioni, vt puta quia debitor promiſerit ſoluere creditori, vel titio, tunc titius non poſſet liquidare inſtrument. quia adiectus ſolutioni poteſt accipere ſolutionem, ſed non agere, vt ſibi ſoluatur, l. ſed & filiofamilias, §. fin. ff. de conſt. pecun. §. plane inſtit. de inutili ſtipulat. & ibi gloſ. in verbo ſcio gloſ. in l. ſoluendo in verbo exigere in fin. ff. de negot. geſt. Corn. conſ. 289. litera B, in fin. vol. 3.

De cuius practica teſtatur Afflict. deciſ. 251. & ſequitur, Boer. deciſ. 154 nu. 4. & puto ea ratione, quia per ſubſcriptionem in qua quis ſe aſſerit notarium non probat ſe notarium, Ioan. de Plat. in l. generali, colum. fin. in fin. C. de tabul. & ſcrib. lib. 10. & Afflict. deciſ. 245. num. 5. ideo debet habere teſtimoniale, ac ſigillum authenticum quia tunc fides adhibetur, c. 2. extra de fid. inſtrum. Guid. Papa deciſ. 481. Bart. in l. ſi procuratorem num. 5. ff. de procurat. Couarr. pract. quæſt. cap. 22. num. 9. & Afflict. d. deciſ. 253. tradit nonnullas cautelas ad probandum quem eſſe notarium, quid ergo dicendum in inſtrumento antiquiſſimo centum annorum dummodo habeat ſua requiſita an probet illum fuiſſe notarium abſque alia probatione, & dicitur quod ſic quia ex ſola anti-

Digitized by Google

quitate oritur præsumptio de quo vide Deci. consil. 42. per totum, & Anch. consil. 213. num. 3. in Notarijs Regni non currunt istæ difficultates, quia omnes noti sint, cum reperiantur in matricula, vbi describuntur cum creantur virtute regiæ pragmaticæ incip. officium notariatus titulo de notarijs.

Ista duodecima limitatio ampliatur etiam in clerico, qui post viginti annos à die natiuitatis actionis non potest liquidare instrumentum via ritus, quia non auditur, Carau. in rit. 167. num. 2. ritus enim non præscribit actionem, sed modum agendi via exequutiua sublimitatur tamen non habere locum in instrumento census respectu tertiarum, etiam post viginti annos, cum liquidari possit, vt dicit Frecc. in tract. de subfeud. in secundo lib §. pluribus autem modis num. 37. fol. 113. & ita fuisse seruatum per Sacr. Reg. Cons.

Citatio omitti non debet, quia continet defensionem procedentem à iuregentium, & diuino iuxta text. in capitulo tertio ingenes. ibi Adam vbi es, &c. Deus omnipotens secunda quæstione prima, & ideo citatio requiritur regulariter in omni actu in quo vertitur partis interesse l. de vnoquoque, ff. de re iudic. l. nam ita diuus, ff. de adopt. & signanter requiritur in liquidatione instrumenti, Bald. in l. tertia numero duodecimo, C. de exequut. rei iudic. & Anna singul. 256. volumine secundo merito dicit hic author, quod talis instrumenti præsentatio esset nulla, quæ vt valida sit duo debet habere requisita, primum quod fiat authoritate iudicis secundum quod fiat ad instantiam partis Bartol. in l. ad peremptorium numero primo, ff. de iudi. l. quarta, §. hoc autem iudicium, ff. de damn. infec. Abb. in capit. primo, numero quarto, & trigesimotertio extra de iudic. cap. ex parte il secundo, verficulo cumque authoritate iudicis extra de rescript.

Afflict. in Const. Regni, eos qui scienter num. 5. hanc quæstionem disputando ad partes comprobat multis rationibus.

Filius creditoris post illius mortem potest instrumentum liquidare contra debitorem obseruata prius practica hic per authorem posita, vt tenet Frecc. in tractat. de præsent. instrument. 8. par. quæst. prima, num. 15. & Alexand. consil. 18. num. 13. volum. 5.

Vt cessionarius possit liquidare instrumentum contra debitorem iuxta ritum, cautela est, vt cessionarius constituatur à creditore procurator ad exigendum à debitore creditoris, cedentis, virtute suæ obligationis, nec non ad quietandum, & ipsam obligationem cassandum, & casu quo debitor, fuerit renitens pœnam ipsius obligationis accusandum, & accusatam exequi faciendum, & dictum creditum exactum penes se retinendum pro totidem ab eo receptis ponens eum in ius, & locum suum, constituens eum, procuratorem velut in rem propriam, nec non ei cedens omne ius, omnemq. actionem, hanc cautelam tradit, Carauit. in rit. 286. numero septimo, quam dicit notandam in practica, & vide Bartol. in leg. prima, numero vigesimo secundo, ff. de actio. & obligat. idem dici potest in delegatario eum eadem ratio iudicatur in cessionario pro, vt in legatario vbi est, eadem ratio idem ius statuendum est l. illud quæsitum, ff. ad leg. aquil. cum concord. in glos.

Quid dicendum si debitor statuta die accesserit ad locum destinatæ solutionis, & coram publicis personis protestatus fuit se esse paratum soluere suo creditori, vel alteri pro eo

Digitized by Google

si haberet an per hoc erit à pœna licet pecuniam, non deposuerit seruata forma doctr. Bartol. in l. si reus paratus, ff. de procurat. & dicit quod à pœna liberatur, quamuis pecuniam non deposuerit Alexand. consil. 92. numero vndecimo volumine primo, Rola à Vall. consilio 87. numero decimoseptimo, & decimooctauo volumine primo, Deci. consilio 566. non enim est necessarium pecuniam deponere, illud autem fit ad maiorem cautelam, vt dicit Deci. dicto consilio, & per hoc non erit procedendum ad liquidationem instrumenti cum contrariorum eadem sit disciplina, l. si contra in fin. & ibi glos. inde ita, & hic, ff. ff. de vulgar. & pupillar. sed an poterit liquidari instrumentum si neque debitor, neque creditor statuta die fuerit ad locum destinatæ solutionis, & dicitur quod non, cum in pari culpa melior est conditio rei l. si seruum, §. sequitur, ff. de verb. oblig. Deci. consil. 566. in fin.

De euictione, quis tenetur quamuis specialiter se non obligauerit cum veniat de natura contractus, l. non dubitatur, C. de euiction. Deci. consilio 483. uumero decimoquinto etiam in datione in solutum quam facit Iudex, Afflict. decis. septima numero quarto quæ reg. fallit in eo qui coactè vendit, nam eo casu non tenetur de euictione, l. qui hæres versiculo hi demum, ff. famil. herciſc. Fallit etiam in venditione facta illicito emptori, quia tunc de euictione non tenetur etiam si stipulatus fuisset, l. quemadmodum, C. de agric. & censi libro vndecimo, Bald. in capit. primo numero 3. de allod. in istis enim contractibus cum nullum oriri possit impedimentum ex causa euictionis, non dubitatur quin possit procedi ad liquidationem, & carcerationem debitoris, & an actio euictionis detur contra dominum infeudantem de re aliena, vide Vincent. de Anna singul. 175. volumine secundo, & vide Afflict. in capit. primo, §. rursus si fidelis, numero decimo, qui ex cauſ. feud. ammitt. Vbi enumerat quadraginta casus in quibus emptor non potest agere de euictione, & Couarruuias variarum resolutionum cap. 8. per totum lib. 2.

Limitatur etiam si creditor ageret contra fideiussorem principaliter obligatum, qui offerret solutionem dummodo à personali creditore sibi cederentur actiones contra personalem debitorem tunc creditor audiri non debet, nec fideiussor carcerandus, nisi prius ceſſis iuribus per creditorem contra personalem debitorem etiam stante statuto, quòd contra instrumentum nulla possit opponi exceptio Roman. consilio 472. per totum Hippolit. singul. septimo Deci. consilio 104. cum per quodcunque statutum nunquam dicitur sublata, ista exceptio, vt dixit Hippolitus in prælegato loco, duplici ratione primo quia ista exceptio est de natura contractus cuius vigore agitur, secunda quia ista exceptio nullam requirit facti probationem, sed in promptu, ex sola iuris allegatione demonstratur, vt dicit ritus Magnæ Curiæ text. est apertus in lege secunda, & ibi glos. & scriben. C. de fideiussor. Nigosan. in tractatu de pignor. in quinta parte tertio membro num. trigesimotertio & trigesimoquinto.

Amplia hanc conclusionem authoris in omnibus alijs exceptionibus, quæ ex natura rei tacitè colligi possunt, licet in instrumento expresse non sint Deci. consilio 507. nume. sexto ratio est quia exceptio, quæ negotio ineſt non est necesse tam proponere siquidem producto instrumento statim patebit post Innocent. in capit. pastoralis de exceptio. Felin. in capit.

Digitized by Google

ex parte il 2. nu: 11. verſ. 10. fallit extra de off. & poteſt iud. deleg. Caſſia. in deciſ. 10. nu. 10. de reſcript.

Dummodo non ſint creditores poſt moratoriam, quia ad creditores futuros non eſtenditur l. aurelius, §. titius ſcio, ff. de liber. leg. Guido Papæ deciſ. 109. & ideo non imqeditur ex iſta cauſa carceratio.

Nota quod capta informatione de ſuſpitione non ſtatim deuenitur ad capturam niſi fuerit interpoſitum decretum per iudicem quòd capiatur vti ſuſpectus de fuga, & tunc dicitur; Vere ſuſpectus cum per iudicem declaratur Bart. in l. ſi quis autem, §. habeat autem num. 4. ff. de nou. oper. nunt. & non ante licet ſuſpitiones appareant quæ, & quales ſint iſtæ ſuſpitiones vide glo. in l. ſi fideiuſſor. §. fin. in verbo officiũ & ibi Alex. ff. qui ſatiſda. coga. qui carceratus detineri poteſt quouſque ſatiſdet d. l. ſi fideiuſſor §. ſi ſatiſdatum, & l. 4. §. ſi debitorem ff. de his quæ in fraud. cred. ſed quid, ſi iudex qui commiſit, capturam debitoris fugitiui mortuus ſit, an hoc obſtante procedi poterit ad capturam, & dicitur quod ſic, vt per Bart. in l. fund. num. 4. in fin. ff. de acquir. poſſeſſ.

ADDITIO FRANCIſci Riſtaldi V. I. D.

Ad numerum ſextum, & ſequ. huius capitis primi.

CONtumax non poteſt haberi pro confeſſo niſi ter citetur vt probatur in l. ſenatus in §. quod ſi tribus, ff. de iure fiſc. l. conſentaneum, & l. tres denuntiationes C. quomodo & quando iudic. Bald. in l. receptitia C. de conſt. pec. Alex. in l. contumacia, nu. 15. ff. de re iud. & notandum eſt, quod in vltima citatione debet citari perſonaliter verus enim contumax dicitur qui perſonaliter citatus non comparet, vt notat gloſ. 2. in l. 1. C. quorum appell. non recip. & gloſ. penul. in l. ex conſenſu, §. fi. & Alex. in l. 1. §. hoc iudicium nu. 10. ff. ſi quis ius dic non obtemp. quare ſi in vlt. citat. non eſſet perſonaliter citatus non eſſet verus contumax etiam ſi in primis duabus fuiſſet perſonaliter citatus Bart. in l. fin. in fin. & alij Doct. ff. de reſtit. in integr. & in l. properãdum, §. fin autem reus C. de iudic. & hoc niſi citatus in prima citatione diceret ſe nolle venire ſecundum gloſ. in d. l. tres denuntiationes & Alex. in d. l. contumacia num. 4. vbi ponit, vbi ſufficit vna citatio, & vbi requiruntur plures, & nota etiam quod minor mulier & ruſticus non poſſunt haberi pro confeſſis, vt in terminis ritus Mag. Curiæ item ſeruat ipſa Curia, quod ſi quis citatur de mandato d. cap. ex hoc ſolo quod fuerint ter citati perſonaliter, ſed opus eſt, quod dicant expreſſe ſe nolle comparere ad hoc vt dicantur veri cõtumaces aliter per dictas citationes licet perſonales nunquam contraheretur vera contumacia, ita Angel. Paul. Caſtr. Alex. & alij in l. vbi, ff. de eden. & nota quod ad hoc vt aliquis habeatur pro confeſſo eſt opus ſententia nam non intelligitur ipſo iure, ita notat Bart. Alex. in l. eius 2. notab. ff. de iure fiſc. & ita ſi moritur contumax ante ſententiam contumacia non tranſit aduerſus hæredem, vt contra eum poſſit exequi in bonis ita Bart. in d. l. eius in principio, & expreſſius in l. fin. §. quod ſi actor num. 4. & num. 6. C. de iuram. calum.

Quãdo aliquis ter citatur, vt veniat reſponſurus poſitionibus tanquam principalis, & legalior ſub pœna ſi non comparet in qualibet citatione condemnatur ad pœnam, & in vltima citatione quæ erit tertia non apponitur

pœna

Digitized by Google

pœna, sed dicitur quod si non comparuerit ad deponendum habeatur pro confesso ita Afflic. in const. partes in iudicio in 2. lib. col. 2. in fin. vbi docet etiam an iste principalis possit petere terminum ad consulte respondendum cum copia positionum.

CAPITIS SECVNDI.

SVMMARIVM.

2 *Vassallus an teneatur ad pœnam contentam in banno emanato per Baronem quod non adeant curiam aliquam omisso medio.*

3 *Sac. Consilium, vel Mag. Cur. Vic. regulariter remittere tenentur causam ad iudicem cõpetentem & quando non, vsque ad nu. 31.*

31 *Iudex secularis, quando in ciuilibus sit Iudex competens in clericos.*

32 *Libellus appellatorius à prouisione facta domi quòd causa remaneat.*

33 *Et à prouisione facto verbo.*

VErum quia sæpè sæpius rei conuenti in iudicio comparent, & copiam sui facere non contemnunt, tam in Sacro Regio Consilio, quàm etiam in Magna Curia Vicariæ, & allegant fori declinatoriam. Ideo quando causa sit remittenda in ciuilibus, videamus quæ materia frequentissimè 3 versatur in his Regijs tribunalibus.

2 Sed antequam illam attingamus quæro, an Baro emanans bannum, quòd nullus vassallus adeat curiam aliquam omisso medio si fuerit contrauentum per vassallum, adeundo curiam Regiam teneatur ad pœnam banni? dic quòd non, Foller. in pract. criminal. fol. 112. num. 162. Non enim pœnam meretur qui vadit ad Superiorem, l. quis sit, ff. ædil. edicto. Et in quodam qui detinebatur carceratus pro causa prædicta obtinui à Magna Curia Vicariæ liberari, si non detinebatur pro alia causa, Boss. in titu. de carcerat. fideiuss. num. 46. Quod nota.

2 Hoc cognito scias, quòd licet Sacr. Reg. Consilium, & Magna Curia Vicariæ sint iudices competentes in Regno, tamen quoties remissio causæ petita fuerit, remittere tenentur ad iudicem competentem, vt in Pragmat. 3. §. nos autem, de offic. Sac. Reg. Consil. Est enim trita regula iuris, actorem sequi debere rei forum l. 2. C. de iurisdictiomn. iudic. l. 3. in princ. C. vbi in rem actio. concord. text. in l. 3. C. vbi de hæred. agat. in l. 3. C. vbi caus. stat. Quam quidem regulam pluribus modis limita (& sic remissioni locum non esse.) Et primo limita, nisi reconueniatur is, in Sacr. Consil. vel Magna Curia Vicariæ, qui fori declinatoriam opponit ab eo contra quem actio est proposita. Quo casu ibidem in reconuentionis causa se defendere debet l. qui non cogitur, ff. de iudic. l. cum Papinianus, C. de sentent. & interlocut. omn. iudic. Et hoc quamuis clericus sit is qui reconuenitur, & hanc esse magis communem opinionem, refert Marant. fol. 115. num. 53. Scaglion. super rit. 67. Mag. Cur. & ibidem Cauens. & Carau. nu. 3. per illum ritum, vel qui vis alius priuilegiatus sit, vidua, vel pupillus, &c in d. rit. qui incip. Item quod si clericus. Secundo limita, nisi is qui fori præscriptionem opponit non principaliter conueniatur, sed ad defendendum reum

Digitized by Google

iudicium suscipere cogatur, vel vti ff venditor in authorem laudetur l. venditor ff. de iud. l. 1. C. vbi in rem act. Hic enim propter connexitatem iudicij forum declinare non potest Marāt. fol. 296. nu. 10. Nisi tamen clericus sit in authorem laudatus. qui ex sua persona potest forum declinare, & ita hodie in practica seruari refert ibid. Foller. ex decis. Boer. 69. nu. 17. ex decis. Gram. 21. ex decis. Capi. 197. vbi etiam habetur an Fiscus possit declinare forum. Intelligas autem reconuentum, & authorem laudatum non declinare forum, si ante litis contestationem, causa reconuentionis fuerit proposita, & author laudatus fuerit, vt dicam infra c. proximo, num. 25. Tertio limita, nisi is qui fori declinatoriam opponit reo conuento successerit, l. is qui Romæ ff. de iudic. Hæres enim ibi se defendere debet, vbi defunctus debebat l. hæres absens ff. de iudic. Quarto limita, nisi plures sint rei diuersi fori tunc enim actor sequi non debet rei forum, sed omnes apud eundem iudicem vocari possunt incertis tamen casibus, qui not. in l. 2. ff. de quib. reb. ad eund. iudic. Quinto limita, nisi quæstio cuius Iudex non est competens competenti quæstioni incidat, quo casu continentia causarum non essent diuidenda, l. nulli l. 3. C. de iudic. l. 1. C. de ordin. iudic. l. 1. C. de off. recto. Prouin. Sexto limita, nisi reus fori præscriptioni renunciauerit l. si quis in conscribendo, C. de pact. l. si quis in conscribendo, C. de episc. & cler. tunc enim remitti non debet: Nisi tamen clericus sit, hic enim nec tacitè, nec expressè renuntiare potest cap. si diligenti, de for. compet. vel nisi remissio causa ad instantiam Baronis petatur, vt dixi in dicta pract. crim. Septimo limita, nisi reus pendente lite alterius fori esse reperit, l. si quis posteaquam ff. de iudic. l. cum quædam puella ff. de iurisdict. omn. iud. Octauo limita actorem sequi non debere rei forum, in functionibus fiscalibus, & debitis publicis, l. 2. §. fin. C. vbi quis decur. condit. conuen. ibid. Nono limita, nisi tempore contractus reus qui conuenitur Neapol. domicilium habebat, tunc enim causa non deberet remitti, licet post contractum factum, alio se contulerit reus d. l. 2. C. de iurisdict. omn. iudic. Decimo limita: nisi Neap. contractum sit negotium, vt in administratione tutelæ, & similibus, l. absens, §. 1. l. interdum, §. fin. l. argentarium l. 2. §. omnes autem ff. vbi quis ager l. 1. & 2. C. vbi de ratiocin. l neque fœmina ff. de proc. Quo casu ibidē se defendere debet. Quamuis non reus, sed seruus eius sit, qui contraxit cuius nomine conuenitur d. l. hæres absens §. apud labeonem l. non alias §. legati ff. eo. tit. Vel quamuis quasi contractus sit celebratus l. omnem ff. eo. tit. d. §. legati. Vndecimo limita, nisi is qui conuenitur incola sit Neap. l. incola ff. ad mu nici. Duodecimo limita, nisi res quæ vindicatur sit vbi iudicium agitatur, quia ibi conueniri potest, & hic actor sequi nō deberet rei forum l. fin. C. vbi in rem actio. Decimotertio limita: nisi ad satisdandum vel cauendum iudicio sisti agatur l. de eo autem ibi: licet nisi, & l. 2. §. quod si constiterit ff. vbi quis ager. Decimoquarto limira: nisi reus Neapol. soluturum se constituerit, d. l. hæres absens §. fin. Decimoquinto limita, nisi ante litem contestatam fori præscriptio non fuerit opposita, l. 4. ff. de iurisd. omn. iudic. l. sed & si susciperet ff. de iudic. l. si quis Aduocatus, C. de except. Fori enim præscriptiones in principio litis à litigatoribus opponendas ll. decreuerit auctoritas, l. præscriptiones C. de except. l. exceptionem C. de probat. tunc enim locus remissioni non esset, nisi tamen iudex nō posset de causa cognoscere, quo casu posset quādocunque opponi, vt si causa spiritualis incideret coram laico, corā quo causa cognosci incæpit, nec fuit iurisdictionis

Digitized by Google

Iurisdictio declinata, quia potest quādocunque remitti ad Episcopum, secundum Paul. de Castr. cons. 42. Quid autem si hæc exceptio cum alijs non proponatur, an videatur in iudicem consensisse? videas Bār. in l. quidam consulebat ff. de re iud. Et videas text. in l. non videtur ff. de iudi. quòd petēs simpliciter copiam libelli non cēsetur
17 in iudicem consensisse. Decimosexto limita, nisi litigantes in non competētem iudicem consenserint, l. 1. ff. de iud. l. 4. C. vbi cau. fisc. l. 1. C. de iurisd. omn. iudic. quo casu, causa non debet remitti, quamuis iudex non cōsentiat l. 2. §. conueniri ff. de iud. & hoc inter ipsas partes tantum, secus autem si remissio causæ ad instantiā Baronis petatur, quia per consensum vaxalli, nec etiam per expressam renuntiationem potest ipsi Baroni præiudicari, Carau. super rit. 205. nu. 6. vbi quod ita pra-
18 cticatur quotidie. Decimoseptimo limita, nisi vidua pupillus, &c. agant. l. vnic. C. quando imper. Hæ. n. personæ fori habent electionem, vt in Constit. Reg. statuimus, la secōda. Et ideo Sac. Reg. Conf. vel Mag. Cur. remittere nō tenentur causam. Nisi Baro. haberet speciale priuilegium cognoscendi, inter has miserabiles personas, vt dixi in prac. crim. vbi etiam habetur viduā quæ forum mag. cur. elegit non posse va riare forum & petere causā remitti ad Baronē, vt fol. 36 nu. 1. Vel nisi (sub limita) contra alias miserabiles personas agāt, tunc. n. conquassantur priuilegia, vt in rit. mag. cur. incip. Item si pupillus vel vidua. Vel nisi vidua quæ forum elegit, luxuriosam vitam duxerit secundum ea quæ notantur in d. pract. crim. quam omnino videas.
19 Decimooctauo limita, nisi quis in mag. cur. citatus fuerit ad recognoscendum apocam, qui non potest forū declinare, nisi prius apoca recognita, Carau. super rit. 54. nu. 2. & ita seruā-
20 tur. Decimonono limita, nisi Clericus agat. Hic. n. potest forum eligere sicut alij priuilegiati, vt est rit. Mag. cur. vic. incip. Item quòd si clericus in maioribus pro bonis tamen ecclesiasticis non autem proprijs, vt dicit rit. incip. Item si clerici & ibid. Carau. Qui dicit hoc esse in viridi obseruan-
21 tia. Vigesimo limita, nisi curialis agat, qui similiter fori electionē habet, vt est rit. mag. cur. incip. Item quod omnes curiales, quod ramē intelligē,
22 vt per Carau. ibid. in fi. Vigesimoprimo limita, nisi mulier alicuius priuilegiati agat, quæ eodē priuilegio vtitur, quo eius vir l. mulieres C. de incol. & vbi quis, &c. Scias autem quod hoc casu iudicium non debet intētari ad instantiam mulieris, sed viri alias si ad instantiam mulieris, causa nō esset remittenda, & ita fuit decisum in Sac. Reg. Conf. in Aula Cadenæ, quæ causa est in banca, de Clara, inter Aureliā de Vrso, & Hieronymum de Christo-
23 faro, & alios. Vigesimosecundo limita, nisi ciues Neap. agant, qui in omni causa habent electionem, (etiā contra viduas, pupillos, aliasq. miserabiles personas, & si fuerint etiam authores laudati:) vt in rit. mag. cur. incip. Johanna II. lo secundo vbi videas Cara.
24 qui dicantur ciues Neap. Vigesimotertio limita, nisi quis super tenore instrumenti fuerit citatus seruata forma ritus, tunc. n. causa non esset remittenda, nedum ad instantiam debitoris sed nec ēt ad instantiam Baronis, & ita seruatur in Regno, Carau. super rit. 166. nu. 75. ex. tex. in prag. 1. de instru-
25 liq. Vigesimoquarto limita, nisi super cessio. bon iud. fundetur, quo casu cū dicatur miserabile refuginm, vt in prag. 3. de cess. bon. non debet causa remitti seruata forma Const. Reg. statuimus. la secōda, carcerati. n. dicūtur miserabiles personæ, & sic eorū causa vt tenet Inn. Vital. meus præceptor in cons. suo crim. posito in mea practic. crim. fol. 148. n. 16. circa mediū vbi dicit

Digitized by Google

cio qualibet causam carceratorum piam dici. Quod nota si aliquis carceratus agat, non esse locum remissio-
26 ni. Similique modo non esse locum remissioni in causa vertente super quinquennali dilatione siue concurrentia creditorum cum etiam dicatur pia & miserabile refugium, vt in l fin. C. qui
27 bon. cede. poss. Vigesimosexto limita, nisi causa esset feudalis, vt in rit. magnæ curiæ incip. Item quòd curiæ ipsæ & quælibet ipsarum, cui concurrit. Incip. Itē curia cognoscit de qua-
28 cunque. Vigesimoseptimo limita, nisi vniuersitas agat, quæ æquiparatur vi-
29 duis & pupillis, vt infra dicam. Vigesimo octauo limita, nisi pauper agat per viam perhorrescentiæ, vt in dict. Const. Reg. statuimus, la seconda.
30 Vltimo limita, nisi Furiosus agat. Hic enim infanti æquiparatur. l. infans. ff. de ficar. concor. ea quæ dixi in practica criminali, fol. 109. nu. 17, Et sic habes quando magna curia tenetur remittere causam in ciuilibus & quādo non. Quando autem in criminalibus videas in dicta practica criminali, vbi tàm in personis ecclesiasticis, quàm
31 laicalibus. Quando autem in ciuilibus iudex competens sit sæcularis in clericis, videas glos. in rit. mag. cur. incip. Item quòd si qua mulier in ver-
32 bo. Secunda regula. Sed quia magna curia solet remittere causam Baroni quæ remitti non debet, & aliquando solet prouidere quòd cā remaneat, & eam non remittere. Ideo si te grauatum senseris à prouisione facta domi per dominum causæ cōmissarium, ita formabis libellū appellatorium quāprimum notitiam habes de prouisione facta. Sac. Regiæ Maiestati.

Humiliter supp. pro parte N. N. dicentis quòd dum in cā in vestra magna curia verteatur, inter ipsum actorem ex vna, & N. N. conuentū ex altera de & super vt in actis, fuisset petita illius causæ remissio ad suum iudicem cōpetentem vt iuris, fuit domi prouisum per dominum T. causæ cōmissarium, quod cā remaneat à quo decreto vti grauatus cū Reuerentia, appellat ad Maiestatem V. Quam supplicat dignetur eidem vestræ magnæ curiæ mandare, quòd cum interuentu aliorum dominorum iudicum, ius & iustitiam faciat, vt Deus, &c. & obtinebis quòd cum interuētu, & si facto verbo similiter te grauādo dicta magna curia confirmauit dictum decretum quòd stet in decisis, & sic quòd cā remaneat, statim quòd tibi notificatur iterum appellabis ad idem Sac. Consilium, & in supplicatione, vt supra exponas qualiter facto verbo per dictā mag. cur. fuit prouisum cām remanere. Ideo supplicas verbum fieri, & ita obtinebis. Quo facto nō est amplius locus appellationi, sed procedi-
33 tur ad vlteriora in causa. Si vero domi. p dominum causæ commissarium fuerit remissa causa quæ remitti non debet, & tūc in supplicatione exprimas qualiter fuit remissa causa, quæ de iure remitti non debet. Ideo supplicas quòd cum interuentu. Et si facto verbo decretum remissionis fuit per dictam mag. cur. confirmatum, & grauatum senseris, iterū appellabis ad idem Sac. consil. declarando qualiter facto verbo, &c. Et ideo supplicas verbum
34 fieri, & ita obtinebis. Scias etiā quòd si per aliquem ex regijs consiliarijs causæ commissarium fuerit similiter domi prouisum quòd causa remaneat quæ remanere non debet in Sac. consil. vel contra, quòd adhuc poteris appellare ad idem Sac. consilium, & ita formabis libellum. Sac. Reg. Maiest.

Humiliter supp. N. N. dicens quòd dū pro parte ipsius supplicantis fuisset petitum quòd causa inter ipsum conuentum ex vna vertente, & N. N. actorem ex altera in vestro Sac. cōsil. remittatur prout de iure remitti debet ad suum iudicem competentem, fuit

Digitized by Google

fuit domi prouisum p dominũ N. N. Regium consiliarium, & causæ commissarium quod causa remaneat (vel si fuerit remissa quæ remitti non debet, dicas qualiter fuit remissa) supplicantem ipsum grauando cum Reuerentia supplicat propterea de prædictis verbum fieri, vt Deus, &c. Quo facto non poteris amplius appellare.

AD DITAMENTA Caroli Grimaldi V. I. D. ad hoc caput. II.

ADuerte quòd Baro vti iudex ordinarius suorum Vassallorum, vt dicit Andr. in c. 1. §. hæreditatè nu. 12. de pac. ten. potest pro conseruatione snæ iurisdictionis facere bannum, & prohibere Vassallos ne adeãt coram iudice non suo per saltum sed gradatim Paris. de sind. tit. de excessib. Baro. §. an baro. teneat, Frezz. in suo tract. de subfeud. lib. 2. auth. 10. & licet per doctores dubitetur an Baro possit in spetie prohibere ne adeant regia tribunalia vt dicit Capy. deci. 10. tamẽ Dominus Io. Vinc. de Anna sing. 62. vol 2. dicit feciſſe iudicari in fauorẽ baronorum licet Foller. in sua practica crim. in rubrica audiãtur excusatores fol. 112. n 16. & in alia practica sua censuali, in rubrica summissionis cuicunque foro fol. 196. nu. 4. dicit vidisse carcerari multos barones, & officiales baronum prohibentes regia tribunalia in bannis, sed ne scio qua rõne prohibitum sit hoc baronibus habentibus merum, & mixtum imperium, bene verum credo quod ab eis pœna non exigitur cum adeundo superiorem, nõ delinquunt, vt dicit hic author. Sed vt ista difficultas tollatur adest remedium nam barones solent supplicare Illustriss. & Excell. Dño Proregi vt mãdet Vassallis ne adeant regia tribunalia in instantijs Baronibus concessibus, & eo casu Illustrissimus Prorex per viã prouisionis mandat vniuersitatibus, & Vassallis vt supra & sic remouetur difficultas, verum si non obstante regia prohibitione adeunt non propter hoc puniuntur, nam esset præcludere viam iustitiæ & dare largas habenas baronibus quod Christianissimus, & inuictissimus Rex noster non permittit, in quo eius sapientissimi officiales maximè animaduertunt, ne Vassalli grauentur.

Magna curia Vicariæ, & Sacrum consilium sunt iudices competentes totius regni ex regula Bart. in l. more & Alex in l. prætor. ff. de iuris om. iud. & ideo legitimè procedunt in causis donec remissio nõ petatur, & procedit tam in causis ciuilibus, quam criminalibus, verùm remissio est petenda ante sententiam, ac ante condemnationem, nam facta condemnatione causa remittenda non est vt per text. & doct. in l. relegatorum, §. interdicere, & ibi glos. ff. de interd. & releg. vide Bald. in l. executionem, nu. 27. C. de execut. rei iud. Saly. in l. 1. nu. 2. C. vbi decri. agi opor. & reus dum remittitur ad alium iudicem ratione priuilegij debet cauere de se præsentando coram iudice cui remittitur infra certum tempus vt per tex. & glos. in l. 2. §. si dubitetur, & ibi Castr. nu. 6. ff. de iudi. Ad numerum tertium, cap. secundi.

Et non est mirum per reconuentionem prorogetur iurisdictio iudicis incompetentis vt per Affi. decis. 27. quæ reconuentio cum sit species exceptionis l. Papinianus, §. si filius, ff. de mina. potest à conuento opponi, & allegari, non solum coram iudice ordinario, sed etiam coram arbitro, dũmodo sit arbitrer iuris Bald. in cap. 1. de contr. feud. apud. par. ter. Dominus Io. Vinc. de Anna sing. 429. & ibi Fabius

Digitized by Google

bius. Ampliatio etiam coram iudice prorogato glos. in l. est receptum in verbo ius, ff. de iuris, omn. iud. & ibi Bart. in fin. quæ reconuentio non procedit vbi non est propriè iudicum vt in l. fin. C. qui admicti, Ioan. Vinc. de Anna sing. 432. limito etiam in causa appellationis vt per Sali. & doct. in auth. & consequenter, C. de sent. & interloc. omn. iudic. Guid. Papa decis. 436. nu. 502. idem de Anna sing. 430. bene tamen admittitur compensatio, vt ibidem per Guid. Papa limito vltimo in materia Capitulorum Regni, vt dicit Ioan. Vinc. de Anna sing. 432. Illud tamen non omittam quòd verba prolata in reconuentione probant contra, conuenientem leg. cum precum C. de lib. caus. Roma. cons. 285. versiculo quo ad septimũ decis. Rotę Ienuæ 147. nu. 1. non recedendo ergo à reconuentione clerici dico, quòd in quatuor casibus coram laico fieri non permittitur de quibus mentionẽ fecit Feli. in c. at si clerici num. 10. de iudi. cui me remitto. Ad numerum quintum & seq. prædicti cap. secundi.

Author laudatus debet comparere in foro laudantis, vt dicit hic Author pròque vide cumulata per Ioa. Vinc. & Fabium de Anna sing. 45. volum. 2. quæ reg. licet limitetur in clerico, vt Author noster fatetur: limitatur etiã in persona priuilegiata, vt puta in Neapolitano, qui vt priuilegiatus licet sit laudatus in curijs extra Neapolim, non tenetur ibi litigare, sed remittitur ad tribunalia Neapolitana, & ita fuisse decisum, testatur ibidem Ioann. Vincentius de Anna verum si author laudatus denegauerit causam defendere eo casu non defendendo tenetur ad interesse, l. Si tibi locauero, ff. loca. Io. Vinc. de Anna al legat. 21. nu. 10. vol. 1. illud tamen nõ ommittam, quod si iste author laudatus sit persona priuilegiata, & comparuerit post conclusum in causa, poterit petere primum beneficium, & ei concedendum est, & suæ allegare iura, vt per Afflict. decis. 15. quamuis reg. sit Bart. in l. si perluxorio, ff. de appellat. quòd author laudatus auditus in terminis, in quibus causa reperitur, cum in persona priuilegiata reg. illa locum non habeat. Ad numerum 18. prædicti capitis secundi.

Regia tribunalia pupillorum ac viduarum causas remittere non debent facta de eis electione cum sint à iure cõmuni priuilegiati. l. 1. qua Impe. Inter pupill. & viduar. quamuis barones eas remittere petierint, quibus denegatur audientia, nisi petierint virtute suorum priuilegiorum, in quibus sit clausula abdicatiua, & priuatiua, cũ specifica mẽtione pupillorũ, viduarum, ac miserabilium personarum derogando depositioni d. l. Vnicæ vt dicit Gram. decis. 20. nu. 4. 5. & 6. Sed quid dicendum, si pupillus contrahere possit, & esset dicendũ, quòd non quia à iure equale habent priuilegium, hic fit quod paria priuilegia conquassantur, l. Sed, & milites, ff. de excusa tuto. cum vulg. attamen, incõtrarium, est veritas quia priuilegium pupilli est naturale, & priuilegium viduæ accidentale vt dicit Bald. in l. qui habet, ff. de tutel. & ideo præferri debet vt per Afflict. in Const. Reg. statuimus la seconda n. 25. li. 1. & Couar pract. quæst. c. 7. num. 4. disputat hanc conclusionem ad partes pupillus.

priuilegia baronũ ad hoc vt ve[illegible] miserabilium [illegible]

ADDITIO THOMAE Alphani V. I. D. huius cap. secundi.

POrtia Acciana da terra Balneoli petijt in mag. curia Vicar. assecurari pro eius dotibus in forma super bonis stabilibus q̃ fuerant sui viri

pose

Digitized by Google

poſſeſſis per tertios poſſeſſores ſtante vrgentia ad inopiam dicti ſui viri, comparuit Comes Mõtellę vtilis Dominus terræ prædictæ, & petijt causã remitti ad eius officiales cum omnes eſſent eius vaſſalli de dicta terra, & ſic fuit remiſſa per dictam actricem fuit appellatum, & tempore relationis in S.C. dicebatur pro parte dictæ actricis quod ſnia mag.cur.debebat reformari, & prouideri quod cauſa remaneat, & hoc fundabatur quia priuilegium legis vnice C. quando Imperator & cõſtit.ſtatuimus ſcilicet electionis fori competit etiã pauperi; & hoc 2
ratione d.l.vnice, & conſtit.ſtatuimus quibus indulgetur priuilegium electionis fori viduis, pupillis & ceteris miſerabilibus perſonis inter quas miſerabiles perſonas connumeratur pauper Rebuff. in commentarijs conſtit. reg. Franciæ in tract. de ſent. prouiſ. art. 2 gl.fin.in princ.firmat Couar.in 3
libro pract.quæſt.cap.6.verſ.2. ſubſequitur caſus, fundabatur præterea dicto prætenſio fortius quia dicta actrix reputanda erat vidua cum habebat virum pauperem, decrepitũ, & penitus inutilẽ, propter quam rationem priuilegium conceſſum viduis competit etiã huiuſmodi mulieribus habentibus 4
virum inutilem gl.in verbo orbitates in l.fi.C.de plagiarijs, & ibi Bal. 1.no tab.& in verbo & ex hoc, Barba.in ad dit.ad Bal in d.l.vnica in verbo miſerabile Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore num.185.& ſeq. de vſu cap.ex quibus fuit prouiſum per S.C. ad relationem dictæ magnæ curiæ quod dicta cauſa remaneat de anno 74. Io. Baptiſta de ferrarijs actuario.

CAPITIS TERTII.

SVMMARIVM.

1 *Officia actoris, & rei ante litis conteſtationẽ, vſque ad n.26.*

QVoties verò locus remiſſionis
esse non possit, seu quoties
reus votus fuerit coram iudice competente, & tunc procurator
rei copiam libelli siue mandati petere poteſt ſumptibus actoris, cum
termino ad conſultè reſpondendum,
ad finem cedendi, quæ conſignari debet per actorem, vt in pragm. comparente, de ord. iudic. & ita in magna curia ſeruatur, cæterum in Sac. conſil. non datur ſumptibus actoris, ſed petentis. Pro vt ita etiam in
foro eccleſiaſtico ſeruatur, ita Arnon. in ſua practica cap. 31. Qua
copia conſignata, eaque percuntata, conſideret primo procurator rei perperſonam actoris. Primo enim de
perſonis & poſtea de iure-perſonarum eſſe tractandum, iura ſanxerunt, vt in leg. 2. in princ. ff. de ſtatu homi. leg quidam referunt. ff. de iure
cod. Et ſi viderit quòd tam actor
quam reus conſanguinei vel affines
aſſiſtant vſque ad quartum gradum
cauſam ipſam compromitti petere
poteſt. Cauſæ enim inter coniunctos
compromitti debent, dicit text. in
pragm. 1. de arbitris, quam ampliabis & limitabis, vt per Maran folio 331. Sin autem conſanguinei vel affines non exiſterent, & tunc conſideret procurator rei, an actor ſit excommunicatus exiſteret, ſtatim
excipere poteſt quod in cauſa procedatur, quia excommunicatus, quæ
exceptio impedit curſum termini,
vt in ritibus magnæ curiæ incip.
Item in quibuſcunque cauſis & hoc
ſi de ea incontinenti per legitima
5 documenta docuerit. Quod ſi excommunicatus non eſſet, conſideret, an
actor veniat nomine alieno, an nomine proprio, & ſi nomine alieno, vt procuratorio, & tunc exciſpiat exhiberi mandatum, arg.tex.in leg.1.ff.de procur. Quilibet enim tenetur ſe docere

Digitized by Google

re talem qualem asserit, l. non ignorat. C, qui accusa. non poss. parte oppouente. Tenetur igitur procur. ante omnia exhibere mandatum. Nisi tamen filius pro patre agat. l. exigendi, 1 §, sed & hæ. ff. de procur. præstita cautione de rato, Foller. ad Marant. fol. 321. nu. 62. vel econtra si parens liberorum causam agat, aut quis alius fratris, aut affinis, aut libertus causam patroni dict. l. sed & hæ. Vel maritus causam vxoris l. maritus. C. eod. si aût tutorio nomine agat actor, & tũc excipiat reus, & solemnia exhiberi petat, de quibus in l. legitimos, ff. de legit. tutel. & facit tex. in rit. magn. cur. incip. Item seruat ipsa curia, qđ cum aliquis. Possunt. h. hæc solemnia exhiberi post dationem termini, vt ibi dicit rit. nec propter hoc de iure Reg. impeditur datio termini & ita seruatur. Si vero proprio nomine quis agat, & tunc si vt hæres simpliciter ali cuius, petat & excipiat quod declaret si est hæres ab intestato vel ex testamento, & si ex testamento, replicet exhiberi testamentum, quod exhibere tenetur, argu. text. l. 2. C. de eden. vbi ad inuestigandam veritatem tàm acta publica ciuilia, quàm criminalia exhiberi debent. Et si vt cessionarius actor agat, excipiat exhiberi cæssionem, quilibet enim tenetur docere se talem qualem asserit, vt supra. Planè scias quod cum multoties fiat cæssio Neapolitanis in fraudem & ad finem trahendi; exhibita cessione poteris excipere esse in fraudẽ. Qua propter dandus est terminus ad docendum de fraude, in quo poteris instare pro de positione tam cedentis, quam cæssionarij, & ita practicaui. Similique modo donatario agẽte, poteris excipere quod exhibeatur donatio ad finem cædẽdi, & ita seruatur. Sed quid si quis agat per viam perhorrescentiæ, seruata forma Const. Reg. statuimus, an possit aliqua exceptio dilatoria proponi contra personam suam? Respon. quod sic. Poteris enim excipere perhorrescentiam figurari, qua de re datur ter. ad probandum de perhorrescentia, & debẽt examinari testes hoc casu de impotentia & inhabilitate rei conuenti, & de potentia, & facultate actoris, & ita obtinui causam remanere. Parique modo si actrix vt vidua agat, poterit excipere quòd doceat de viduitate, super qua dandus est ter minus ad docendum de ea. Hac etiam ratione vidi practicari quando actor eligit forum magnæ curiæ vel Sacr. Regij consilij, dicẽdo esse ciué Neap. quia poteris excipere ciuilitatẽ figurari, & propterea debet de ea doceri, & ita seruatur & hæc dixisse sufficiãt circa exceptiones dilatorias concernentes personam actoris, videamus de alijs concernentibus causam propter quas quis sibi debere petat. Et ideo percuntato libello conspiceret si actor in libello, quid sibi deberi petat virtute alicuius sapientiæ publicæ, tunc enim excipiat exhiberi scripturas petat in libello mentionatas, quibus nõ exhibitis ad vlteriora procedi non potest. Debet enim fieri edi rio instrumentorum in libello mentionatorum ante litem contestatam per actorem, alias reus rpspondere nõ teneretur, Innoc. & Doctor. in cap. 1. de probat. Et non solum actor tenetur exhibere instrumenta in libello mentionata, sed etiam alia instrumenta in dictis instrumentis exhibitis relata ita Foller. & Maran. f. 375. nu. 7. sic etiam actor tenetur exhibere libros quorum virtute sibi quid deberi petit. l. 5. & seq. C. de eden. l. procur. & l. seq. C. eod. Est igitur facienda editio librorum, Bal. in l. 1. 3. col. C. de eden. non solum ab argentario, vt in L. 4. in princ. & in l. Argentarius. ff. de eden. Nummulario, l. quædam. §. numularius, ff. de eden. Sed etiam a Nauta, Caupone, Stabulario, Gabellario,

Digitized by Google

lario, Publicano, Bal. in l. 2. C. de cõd. ex leg. Item etiam à Stationario, Bar. in d. l. quędam §. nummularios, Ab hæ rede mercatoris, Bart. & Bal. in d. l. 1. C. de eden. Et à tutore, Bart. post glo. in l. fin. §. 1. ff. de lib. lega. & in l. cum ſeruus. ff. de cond. & demon. Et vide Bart. in l. non ſolum §. ſed vt probari. ff. de oper. noui nuntia, quòd actor te netur edere Tagliolam. cuius vigore quid ſibi deberi petit. Eadem ratione actor tenetur edere libros aromaticos. Sed an tenetur edere lizetas hoc pro, & contra vidi practicari, ſed generaliter quod non. Sed an actor petens legatum ab hærede tenea tur totum teſtamentum exhibere, reſpond. quod non l. 2. ff. de eden. Et vide tex. in l. 1. §. penul. ff. eod. tit. an tota ſtipulatio ſit, edenda, vbi quod ſic, dicit tñ Bart. & Bal. in l. ſi. C. de preci. Imper. offer. Bart. in l. Argentarius, §. 1. ff. de eden. Id. Bar. & Bald. in fin. l. 2. C. quemad. teſta aper. quod editio in ſtrumenti debet fieri de particula tantum de qua eſt quæſtio. niſi tñ inſtrumentum falſum allegetur, tunc enim debet fieri, de toto editio & non de particula tantum Abb. in c. cum contingat, de fide inſtru. Niſi inuentariũ ſit quod falſum allegatur quo caſu non debet totum edi. Bart. in l. tutor qui repertorium, ver. nihil. ff. de admini. tut. cuius cõtrarium tenet Ang. in l. 1. ff. de ălim. pupill. præſtan. & ibi Bal. ſed vide Alex. in l. 1. §. 1. ff. de edẽ.

16 Tertio conſideret procurator rei cõuenti an libellus ſit rectè conceptus, qui cum ſit fundamentum cauſæ, debet continere nomen iudicis coram quo, nomen certum actoris, & rei conuenti. Eſt enim iudicium actus trium perſonarum, ſcilicet iudicis actoris & rei capit. forus, de verb. ſing. Item debet continere rem, quæ petitur, & ſi quantitatem, debet illam continere, ſi vero ſpeciem ſiue rem, ſi quidem mobilem, debet cõtinere ſigna, & colorem, vel pondus, l. ſi rem, ff. de rei vẽdi. l. 1. ff. de poſit. ſi vero immobilem duos ſaltem confines l. forma, ff. de cenſib. Item debet continere facti quãtitatem, quia ex facto ius oritur l. ſi ex plagis. §. incliuo, ff. ad leg. Aql. Et ſic cauſam ex qua quid deberi ſibi actor petat, & ideo ſi libellus hæc oĩa non contineret poteris excipere libellum eſſe inepte cõceptum, & propterea inſtari poteſt ſi res immobilis petatur quòd deſignet eam per fines & confines ſi rem mobilem quantitatem eius, vel colorem, alias ad vlteriora procedi non poſſet, vidi etiã practicari, in quodam qui centum à quodam mutui cauſa petijt, & pro parte rei fuit petitum quod declaret, ſi mutuum hoc fuit factum mediante ſcri-
17 ptura, an vero ſine ſcriptura, ſed quid ſi omnia hæc fuerint rectè concepta, vt quia actor exhibuit ſcripturas, rectèque concepit libellum, an ſit aliqua alia exceptio proponenda rẽſpõ. quod aut actor habet iuſtam cauſam litigandi aut non, ſi habet iuſtam cauſam litigandi & tunc conſultat procurator rei, & actori ſatisfiat, ſi vero nõ habet iuſtam cauſam litigandi tunc excipiat, quia caret actione quod legitimet & caueat, ideſt conſtituat procuratorem in cauſa, & caueat de expenſis, & ita ſeruatur quibus non adimpletis non poſſet ad termini, da-
18 tionem procedi. Aliquando etiam citantur procuratores rei, quo caſu poſſunt peti intimari principales, vel ſibi concedi terminum ad denuntiandum, qui dari debet, & ita practicatur quo durante non poteſt procedi ad vlteriora, eoq; elapſo poteſt petere copiam libelli, & omnia alia oppo-
20 nere vt ſupra Conſideret etiam procurator rei, an lis intentata per actorem in vno iudicio, ſit etiam in alio intentata, & ſi intentata eſſet, ſtatim pendentiam, litis alleget & interim non poteſt procedi ad vlteriora. ſed dan-

Digitized by Google

dentiæ sit opponenda litis contestationem, tu habes Bald. in l. peremptorias, in fin. C. quæ sent. rescin nō poss. & in Auth. sed nouo iure, C. de sen. fugit. Calcan cons. 102 Ioan. de Imo. in l. cum procurator. §. fi dominus. ff. de noui oper. nunciat. Et vide Soccin. cons. 94. lib. 3 num. 6. quòd intentato iudicio, l. diffamari, non inducitur litis pendentia, ita etiam firmauit Soc. in c. 2. de mut. petit. & hæc dixisse sufficiāt circa ea quæ ante litis contestationem, ideſt, termini dationē tenetur adimplere actor, ad petitionem, & exceptionem rei conuenti, videamus de ijs modo quæ adimplere tenetur reus
20 ad petitionem actoris. Et in primis scias quòd reus citatus vti hæres alicuius, quod non aliter est in iudicio admittendus, nisi prius facta declaratione si est hæres. Idem etiam non aliter admittitur reus citatus ad recognoscendum apocam, nisi prius apoca recognita. Item etiam nō aliter admittitur reus in iudicio citatus ad relaxandum vel virtute assistentiæ, nisi prius declaret si tenet, & possidet, & ita seruatur, & vide prag. si reus, de ord. iud. Bene rerum est, quod ex æquitate admittitur reus, cōstituendo procuratorem cum speciali mādato recognoscendi, & declarādi, qui si non declarauerit, fit decretum quod infra biduum cognoscat & declaret, alias pro uidebitur quo biduo elapso, fit aliud decretum, quod infra aliud biduum recognoscat, vel declaret, alias compellatur, vel apoca habeatur pro recognita, & vt deterius, & ita obtinui, & contra reum nō declarantem proceditur, captis pignoribus dicto bi-
21 duo elapso, & ita fui astrictus. Sed an reus teneatur edere instrumenta actoris Respond quod non, l. 1. l. 4. l. fi C. de eden. l. 2. ff. eod. l 6. C. de testib. Nisi tamen iudici aliter videatur, d. leg. 1. ibid ex causa. C. de eden. Et pone exemplum si reus negocia actoris gesserit. l. 4. ff. de fide instru. l. 6. §. prohibet, in fin. ff. de eden. Item pone exemplum si reus instrumentis apud iudicem vti velit l. 1. §. edenda ff. de eden. Et vide Alex. in d. l. 2. ff de eden. quod hæres conuentus legatario actori testamentum, quando prothocolla Notarij peruenerunt ad hæredem edere debet, vel quando testamentum originale scriptum manu testatoris esset
22 apud hæredem vt ibid. Præterea reus instrumenta sua Fisco edere tenetur, vt in l. 3. de eden. & in leg. 2. § 1. Nisi tamen instrumenta ad causam de qua agitur nō pertineant, d l. 3. ff. de eden. vel nisi non de numularia, sed capitali causa agatur. d l 2 § non item diui. ff. de iure fisci, & ex his Regia Camera Summariæ quotidie citat possessores ad demostrandum iura feudorum & titulos, licet alias reus non teneatur, exhibere instrumenta ad fundandam intentionē actoris, vulgaribus in
23 ribus. Scias insuper quod si reus conuentus aliquid consequi debet ab actore, statim ante litis contestationem illum reconueniat. Est enim communis opinio, reconuentionem fieri debere ante litis contestationem, vel statim dato termino in causa, vt per Maran. fol. 103. num. 5. ad hoc vt pari passu in causa conuentionis & reconuentionis procedi possit, alias secus, & actor posset petere causam reconuentionis remitti ad iudicem suum competentem, vt refert ibid. Foller. nu. 6. In qua reconuentione sic formabis
24 libellum, seu petitionem. In magna curia Vicariæ, & apud acta præsentis causæ comparet N.N. & aduersus petitionem oblatam contra comparentem ipsum, pro parte N.N. dicit ipsum carere actione, & proinde teneri cauere de expensis, ac legitimare eius personā, & nihilominus per viā reconuentionis ac principalis petitionis, iustat actorem ipsum condemnari ad infrascriptas pecuniarum, &

rerum

Digitized by Google

terum quantitates, sibi debitas, dam-
25 nis, expensis & interesse. Similique modo si reali actione cõueniatur reus habens causam ab aliquo, puta emptionis, quo casu statim ante litis cõtestationem, exhibere tenetur instrumentum emptionis, & laudare venditorem in auctorem eumq. citari facere ad suscipiendum iudicium, & interim supersedendum erit in dando terminum in causa, si tamen venditor esset absens à loco iudicij, secus si præsens, vt in prag. 2. de dilat. Alias si ante litem contestatam non fuerit laudatus venditor in auctorem, sed post, posset petere causam ipsam remitti ad suum iudicem competentem, prout supra diximus in reconuentione, vt tenet ibid. Foller. ex Marant. Socc. in
26 cap. literis extra de mutuis petit. Et hoc in casu ita formabis libellum] In Mag. Cur. Vic. reuerenter exponitur pro parte N. N. de Ciuitate Auuersæ dicentis, super infrascripta domo, seu territorio fuisse sibi motam litem ad instantiam N.N. de ciuitate Neap. Et quia habet causam à N.N. qui promisit euictionem in ampla forma publicis cautelis mediantibus, quas in prõptu exhibet, ipsumq. teneri potiorem ac victorem facere, iudiciumq. suscipere expensasq. omnes ministrare. Propterea denuntiando eidem venditori, præsens iudicium vt iuris, quatenus tamen contra se aliqua veniret proferenda sententia, quod non credit. Instat vnico actu simultaneoque processum dictum N. venditorem condemnari, nedum ad pretium dictæ domus, sed etiam ad omnia damna expensas & interesse omni modo me-
27 liori, &c. Sed quid erit faciendum si iudex processerit ad dationem termini; scripturis per actorem nõ exhibitis, vel non adimpletis ea quę adimplenda sunt ante litis contestationẽ? Resp. quod poteris appellare ad idem Sac. Reg. Cons. & ita formabis libellũ.

Sac. Reg. Maiestati.

Supplicat humiliter N.N. de Neap. & dicit quod dum in vestra Mag. cur. Vic. fuisset conuentus ad instantiam N. N. ex causis vt in actis fuit in statũ pro exhibitione scripturarũ & librorum, &c. ad finem cedendi, vel contendendi, prout de iure requiritur. Qua nondum facta, fuit per dominum T. causæ Commissarium domi prouidentem processum ad vlteriora, & datus terminus in causa, in graue eius damnum præiudicium, & interesse sensiens se propterea nimis grauatum (cum reuerentia) supplicat Maiestati V. dignetur mandare quod cum interuentu aliorum dominorum iudicum prouideat, vt eius indẽnitati prouideri possit omni modo meliori, vt Deus &c. & ita obtinebis. Et interim supersedetur in procedendo ad vlteriora, circa dictã prouisionem domi factam. Et si non obstante d. Regia decretatione, dominus Iudex ad vlteriora procedet, poteris iterumhabere recursum ad idem Sacr. Reg. Cons. exponendo qualiter, non obstante prouisione facienda cum interuentu seruata forma Regiæ decretationis super exhibitione librorũ, vel scripturarum procedit & vti grauatus supplicas, quod seruata forma alterius regię decretationis de iustitia prouideat & ita obtinebis.

ADDITAMENTA Caroli Grimaldi V. I. D. ad nu. 1. huius cap. III.

NOta quod de iure communi copia libelli est concedenda sumptibus rei Bal. in auth. offeratur in princ. C. de lit. contestat. Ang. in l. 1. §. edere, ff. de eden Sed per prag cõparente reo fuit decisum contrarium, vt configuetur sumptibus actoris, & diuersimode practicatur scdm stilum, & consuetudinem loci hinc videmus q

C in

Digitized by Google

in tribunalibus mag. cur. vic. & Sac. Reg. Conſ. diuerſis modis practicatur vt teſtatur hic auctor noſter licet pragmatica in vtroque foro debuiſſet, obſeruari.

Terminus ad conſulte reſpondendū eſt terminus deliberatiuus, vt dicit Aym. in ſua pract. c. 29. & eſt trium dierum, vt per dictam pragmaticam incip. comparente reoq. artauit dilationem viginti dierum conceſſam à iure communi, vt in d. auth. offeratur, licet aliquando prorogetur iudicis arbitrio, vt per Aym. in loco prædallegato. Ad nu. 3. prædicti cap. tertij.

Maran. hic allegatus in ſuo Specul. 4. par. diſtin. 14. num. 4. virtute pragmaticæ odia litium, Ampliat compromiſſum fieri poſſe per procuratorem nomine Domini, quamuis ſpetiale mandatum non habeat, equiperando procuratorem ad lites tutori, vel curatori, qui ſtante ſtatuto de compromittendo poteſt compromittere pro cuius comprobatione multa adducit, quam concluſionem reaſſumit Deci. in l. tranſactionis nu. 3. & 4. cum ſeq. c. de tranſact. & illam reprobat, & reſpondit ad fundamentum, nam tutor dum compromittit vigore ſtatuti dicitur compromittere ex cauſa neceſſaria quod etiam, dixit Angel. in l. ſi plures nu. 1. ff. de pact. & ibi Iacob. de S. Giorg. nu. 2. & 5. tum, etiam quia liberam habet adminiſtrationē quòd ſecus eſt in procuratore ſimplici, qui habet limitatam poteſtātē, vt ibi per Deci. in d. l. tranſactionis nu. 6. & ſequitur Marcus Anton Blanc. in tract. de comprom. q. 3. nu. 5. & 6. verſiculo nec obſtat, verum diſtinguit, aut quærimus an procurator poſſit conueniri ad hūnc actum, quod pronuntietur eſſe compromittendum, & huic actui procurator ſimplex interuenire poteſt aut quærimus, num procurator poſſit venire ad electionem arbitrorum, & tunc ſine dubio dicendum eſt, quòd nō quia arbitri qui eliguntur per partes eliguntur tāquam amici, & perſonæ in quibus habetur affectio vnde ad talem electionem procurator venire non poteſt cum ignoret affectiones, animi ſui principalis, vt per Marcum Ant. Blanc. in prælleg. q. 3. nu. 56. ea enim quæ latent in animo per procuratorem non habentem ſpetiale mandatum explicari non poſſunt Alexan. conſ. 26. nu. 12. vol. 6. Rol. à Vall. cōſ. 19. nu. 2. lib. 3. Guid. Pap. deciſ. 69. nu. 3. & ita intelligenda ſunt, quę hic Author dicit, & non ſolum inſtari poteſt quod compromittantur non ſolum cauſæ Chriſtianorum, ſed etiā Iudæorum ſi hic viuerent Corn. cōſ. 65. vol. 2. & licet peti non poſſit compromiſſum fieri inter clericos cōiunctos virtute iſtius pragmaticæ tamen ſi clericus agit contra laicum eius coniunctum coram iudice laico. Clericus aſtringitur vigore pragmaticæ cōpromittere vt per Corn. conſ. 114. vol. 2. qui diſputat hanc concluſionem. Ad numerum quintum prædicti cap.

Licet quis teneatur ſe docere talem qualem aſſerit ex reg. rex. in l. non ignorat C. de his qui accuſ. non poſſ. Illud procedit in eo, qui ſe procuratorem dicit, ac etiam in cauſis criminalibus dum intendit quis proſequi ſuam, vel ſuorum iniuriam in quibus terminis intelligitur proprie tex. in d. l. nō ignorat, ſed in cauſis ciuilibus exceptio filiationis, vel aliæ ſimiles non impediunt curſum cauſæ, vt per Conſtit. Reg. incipiente exceptio filiationis, & ibi And. & Afflict. in termino enim cauſæ principalis hoc demonſtratur.

Sed quid dicendum ſi proceſſum fuit in cauſa & ſententiarum, & tamē mandatum non productum, an proceſſus & ſententia erit nulla, & dicitur quòd ſic quia in iudicijs principaliter conſideratur habilitas perſonæ, l. quidam referunt, ff. de iur. codicill. &

ideo

Digitized by Google

ideo leges differunt quod mandatum seu procura debet produci in principio litis alias iudicium nullum, l. licet C. de proc. hinc fi. quod reo non opponente pro exhibitione mandati tũc iudex ex officio illud petere debet alias illum repellere si in promptu nõ exhibuerit glos. in l. filius fam. §. veteraui in verbo prætermissum est, ff. de procu. vbi iudex potest repellere militem exercentem officium procuratoris, quamuis per partem non fuit oppositum ergo multo magis poterit petere procuratori mandatum vt dicit Bal. in l. 1. in fin. cap. vt quæ desunt aduocat, & hoc ea ratione ne iudiciũ sit eluforium, quod esset sine dubio, si ita fuisset processum, vt per decis. Rotæ 145. in nouis & hanc esse commu. opin. testatur Sebast. Vãt. in suo tract. nulli titulo de nullit. ex defectu inhabilitat. seu mandati fol. 119. & vt mandatum producat non est ei concedenda dilatio Bal. in l. fi. col. 4. vers. Item procuratori actoris, ff. de trijs. Sed quid si fuisset productum mandatum in quo nullus fuisset nominatus licet album fuisset in eo relictum ad ponendum, & scribendum, & cum producente fuisset processum num valeat processus, & sententia vide Boer. decis. 274.

Filius pro patre agendo admittitur sine mandato, quia hoc habet à lege d. l. exigendi, & non solum filius, sed etiam quælibet persona coniuncta dummodo sit de ascendentibus vel descendentibus, vt dicit Innoc. in c. nonnulli nu. 8. extra de rescript. & Aym. in suo epit. 96. & licet possit coniuncta persona sine mandato agere, non tamen potest solutionem recipere, sed potest cogere debitorem ad depositandam pecuniam, vt per Cott. in suis memoral. in verb. coniuncta persona, vbi multa cumulat, bene verum est, quod si principalis est in loco propinquo, & de facili haberi potest sua præsentia eo casu coniunctus non admittitur Hipol sing. 228. in fin. Ad numerum decimumquintum prædicti cap.

Tenetur enim actor exhibire instrumenta mentionata in libello & hoc vt reus deliberare possit, vt per Innoc. in cap. 1. nu. 3. de probat. Marant. in suo Specul. in 10. actu nu. 8. fol. mihi 119. & Bal. in l. fin. in fin. C. de præcip. Imp. offer. & non solum instrum. mentionata in instrumentis productis edenda sunt, sed etiam alia instr. Auth. si quis in aliquo documento, C. de eden. Deci. cons. 302. nu. 3. Alex. cons. 3. nu. 1. vol. 2. sed si scriptura cui relatio facta est non apparet, scriptura referens dicitur virtute carere l. in testamento quidam, ff. de condit. & demonstr. & Alex. in præallegato loco, sed quid dicendum si notarius dicit in instrumento T. Dominus vel Procurator, vt apparet per instr. manu mei notarij, an faciat probationem adeo quod non sit necesse producere instr. & dicitur quod non ista verba enuntiatiua non probant Deci. cons. 522. nu. 3. ergo si fuerit dictum per notarium T. Dominus talis rei, vel T. procurator, vt apparet per instrumẽtum originale nobis præsentatum, ac lectũ coram mei notario, iudice, ac testibus præsentia stipulatum per T. notar. sub tali die, mense, & anno probat, & fidẽ facit, adeo quod non est necesse producere dictum instr. mentionatum & dicitur quod non probat, nec fidem facit, nisi originale producatur, & ita fuisse decisum per Sac. Cons. testatur Affl. decis. 273. & non sine causa cum auth. indistinctè loquitur, & indistinctè debet intelligi vulgata sunt iura. Ad num. 20. prædictis cap.

Licet quis tam de iure cõmuni per text. in d. l. cogi, quam etiam de iure regni virtute Constit. & Capitula vt refert Io. Vinc. de Anna alleg. 68. non teneatur dicere titulum suæ possessionis, tamen quando cõuenitur petitio-

C a ne

Digitized by Google

ne hæreditatis interrogari poteſt, an hæres ſit, & reſpondere tenetur, vt per .tex. in d. l. cogi, & ibi doctores qui vna cum gloſa fatentur, hoc ſpetiale eſſe in petitione hæreditatis & ibi Barto. nu. 1. & 2. & Marant. in ſuo ſpecul. in 7. membro, in verbo & quandocúque fiunt num. 4. & 5. quæ regula ampliatur etiam contra hæredem obligati, nam interrogabitur ſi eſt hæres, & pro qua parte l. 1. ff. de interrog. act. latæ Papi. in ſua practica in form. interrog. fiend. in act. real. in glo. quamuis num. 4. 1

Iſta practica ſumpta eſt à text. & doct. in c. 2. extra de confeſſ. in 6. Ad num. 21. prædicti cap.

Regulare eſt in quolibet adminiſtratore & eo qui alterius negotia geſſit tenetur reddere rationem, & codicem rationis exhibere l. ait prætor ff. de neg. geſt. l. 1. C. vbi de ratio. agi opor. Socc. conſ. 213. nu. 2. cum ſeq. vol. 2. & conſ. 73. nu. 1. & 2. vol. 1. & quæ concluſio ampliatur in patre, & matre, quæ filij negotia geſſit Socc. conſ. 34. nu. 15. vol. 1. & in conſ. 254. nu. 2. vol. 2. 2

Fallit ſi reus conuentus ſit excommunicatus quia in tali caſu reconuenire non poteſt actorem vide gloſ. in cap. intelleximus in verbo conueniri vbi allegat multa concordantia extra de iudicijs. Ad num. 26. prædicti cap. 3

Aduerte quòd denuntiatio faciẽda eſt venditori quamuis aliunde ſciuerit litem motam ſecundum magis comm. opin. Alex. conſ. 181. nu. 8. vol. 6.

CAPITIS QVARTI.

SVMMARIVM.

Officia actoris, & rei poſt litem conteſtatam, vſque ad finem,

QVia reorum eſt fugere ideo legitimata perſona (vt ſupra) præſtita cautione expenſarum per actorem in caſu ſuccumbentiæ, vt in Authen. generaliter, C. de epiſc. & cler. & in §. ad excludendas, in Auth. de litig. ac ſcripturis exhibitis, debet procurator actoris petere terminum impartiri ad probandum incumbentia. Parte enim petente, & inſtante, vt in Conſtit. Reg. Cauſas alias, dandus eſt terminus in cauſa, vt in rit. Mag. Cur. incip. In primis detur terminus, & ita practica ſeruat omnium curiarum, vel iuris qui dicitur viginti dierum, ſcrib. in l. 1. ff. ſi quis caut. vel iudicis arbitrio, Carauit. ſuper rit. 73. num. 1. & rit. 123. nu. 2. licet Pragmat. Poſt prædictas, de ordin. iudic. voluerit, quod ipſo iure terminus intelligitur datus dierum quindecim, factis reſponſionibus, &c. tamen non ſeruatur. Infra quem terminum actor ſuam fundare debet intentionem, vt in l. verius in fin. ff. de probat. in l. 2. in l. fruſtra C. eodem concord. text. in l. 2. C. commod. in l. cum te minorem C. de probat. Et reus ſuam exceptionem l. in exceptionibus, l. quinquaginta, ff. de probat. 1

Sed iuxta hoc quæro cui incumbat onus proband. Reſpond. quod regulariter affirmanti incumbit, & ideo ſi quis voluntatem mutatam dicit probare hoc debere. Vulpianus ait, in l. eum, ff. de probat. & creditor qui pecuniam numeratam petit, implere cogitur, ita etiam debitor qui ſolutam affirmat eius rei probationem præſtare debet l. 1. C. de probat. l. fin. C. de ſolut. quinquaginta: ibi nam ſi creditum ff. de probat. & qui dolo dicit aliquod falſum (licet in exceptione) docere debet dolum admiſſum, l. quoties, §. qui dolo, ff. de eod. & l. patronus eod. titu. Et quod affirmanti incumbit onus probandi, tu habes text. vbi alia exempla in 2

Digitized by Google

in l.ante omnia,& in l.4. & in l.1.in l.cum de lege, ff.de probat. Quamuis affirmans probare non possit l.2. l. actor.de probat.l.1. §.interrogatorijs, 4 ff. de interrogator.action. Affirmanti igitur incumbit onus probandi nisi is qui negat ante confessus fuerit in 5 scriptis,quamuis non solemniter, vel per errorem, tunc enim neganti incumbit probatio, exemplo l.§. fin. ff. de quadrien. præscript. Nisi tamen quis indebitum promiserit, vel caueri generaliter non adiecta causa ex qua debeatur, tunc enim si postea debitum negauerit,non ipsi neganti,sed affirmanti probatio incumbit, l. cum de indebito,§.fin.ff.de probat.l.generaliter,ibi eamq. causam C.de non numer.pecun. Prout etiam si non numeratæ pecuniæ exceptio obijciatur, l.3.l.ad seruatio C.eod.tit.& hoc de prima limitatione. Secundo limita, nisi quis indebitum cõdicat, hic enim 6 quamuis id quod solutum est debitũ esse neget, tamen ei probatio incumbit,l.cum de indebito ff.de proba. nisi tamen is cui indebitum solutum esse dicitur,solutionem negauerit fueritq. conuinctus,tunc enim eum probare oporter debitum fuisse id quod accepit,vt ibidem,nisi non totum,sed pars tantum dicatur indebita, nam tunc actori non reo incumbit probatio, vt ibidem,§.sed hoc ita.Tertio limita nisi præsumptio sit pro affirmante d. l. cũ de indebito §. sin vero ab initio, concor.l.si pactum ff.eo.tit. vtputa si iure factum negetur,tunc.n.neganti incũbit probat. ab ea parte l. in exceptionibus §.sed & si procuratori ff.de probat.quia iure factum præsumitur,§.fi. instit. de fideiuss. vel si filius in patris potestate se esse neget, nã & huic neganti incumbit probatio l. si filius, ff. de probat. vel si falsum dicatur,instrumentum, quia tunc non solum affirmanti,sed etiam neganti incũbit onus probandi l.vbi falsi l.fi.C.de fal.l.pen. C.de prob. Similiq. modo (vt vides) reus tenetur suam probare exceptionẽ. Nisi tamen præsumptio sit pro reo excipiente l. si pactum ff.eod. vel nisi exceptio sit negatiua, tũc.n. eius probatio affirmanti incumbit l. adseueratio C.de non num.pec.l.ante omnia ff.de probat.l.quoties §.fin.l.non est, ff.de edẽ. Debet igitur reus suam exceptionem fundare, & ideo si scriptũ sit promisisse aliquem, præsumitur stipulatio facta vtiliter nisi contrarium probetur l.sciendum ff.de verb.oblig. §.fin.instit, de fideiuss.§.si scriptum, instit.de inutil.stip.l.1. C.de contrah. stip.l.Titia §.idem respõdit ff.de verb. oblig.Pariterq. si scriptum sit stipulationẽ esse factum præsumitur pro inst. quòd sit facta, & inter præsentes, nisi contrarium probetur §.fin.instit.de fideiuss.§.item verborum Inst. de inutil.stipul.l.optimam C.de contrahen. stipul. Succesiuè. Quæro, quomodo reus suam fundabit exceptionem(non dico per scripturas,quę possunt quandocunque præsentari ante sententiam Carau.rit. 238. licet rit. ille voluerit totum contrarium,vt ibi, facit text.in prag.53.de offic.Sac.Reg.Conf.) Respon. quod dato termino in causa eoque sibi notificato, potest petere depositionem principalis,(quoties autẽ oblata non fuisset)qui omnino deponere debet, vt in rit.Mag.Cur. incip. Itẽ quod infra ipsum terminum alias nunquam terminus datus currere incipiet,Cara.in rit.69.nu.5.in fi.Oblata autem depositione principalis per procuratorẽ actoris], potest petere & excipere procurator rei conuenti, an actor sit præsens in iudicio, an vero absens,& in quo loco(quoties declaratũ nõ fuisset in depositione oblata) & si declaratum fuerit principalẽ esse præsentem, tunc petat terminum ad percunctandũ acta ad finẽ capitulandi articulos, & positiones super quibus deponere debet actor,& erit biduum,

Digitized by Google

non computato die notificationis ipſius, & caueat ne capitulet articulos ſuper quibus non tenetur deponere, vt in articulo criminoſo. In negatiua quæ probari non poteſt, in articulo incerto & generali, & in tangente factum alienum. In articulo iuris, & duplici, in his enim deponere non tenetur, Carau. rit. 79. num. 2. & in quam pluribus alijs caſibus, de quibus per Marant. fol. 301. nu. 4. cum ſequ. Quibus articulis capitulatis. ac præſentatis actuario cauſæ debet actor deponere per verbum credo, vel non credo, & ſine præſentia Aduocati, vel Procuratoris, vt in prag. Quinta die, de ord. iudic. & in rit. mag. cur. incip. Item quod infra ipſum terminum, quod verbum credit releuat ab onere probandi d. prag. 5. die, eo quia qui credit quod alia pars dicit in articulo, dicitur credere nullam probationem fieri debere ſuper eo, & propterea litigari non poteſt in ea, ita Carau. ſuper d. rit. qui eſt 70. nu. 5. Qua depoſitione habita debet Procurator actoris illam notificari facere procuratori rei conuenti, qui procurator poteſt petere terminũ ad percunctandum eam, an ſit formiter facta depoſitio, & ſi reus fuerit releuatus ab onere probandi, qui dari debet. Sed & ſi per procuratorem actoris oblata eſſet depoſitio principalis in partibus, poteſt ſimiliter petere procurator rei terminum ad percunctandum actũ & capitulandos articulos vt ſupra, & infra eundem terminum faciat expediri literas commiſſionales ſuis ſumptibus directas officiali illius terræ vbi actor reperitur, easq. conſignari faciat per vnum ex ſeruientibus curiæ procuratori actoris, vna cum articulis, qui quidem procurator tenetur procurare dictam depoſitionem ſuis ſumptibus. Qua habita eaq. in actis præſentata, tenetur eam notificari facere procuratori rei conuenti, qui reſpõdere poteſt, & petere terminum ad eam percunctãdum, ſi eius principalis fuerit releuatus ab onere probandi, & ſi non fuerit releuatus, & factum proprium calũniosè negauerit, vt eſt matrimonium, filiationem, conſanguinitatem, affinitatem, notariatum de quibus veriſimiliter notitiam habere poteſt, puniri debet iudicis arbitrio. Pro qua pœna poteſt habere recurſum, contra Aduocatum, & Procuratorem ſi probauerit eorum conſilio, talem negationem feciſſe. Quòd ſemper præſumitur ſi præſentes fuerint in reſpõſionibus principalis, vt in d. pragm. 5. die. Beneuerum eſt quòd dicta pœna euitatur ſi infrà tres dies poſt negationem principalis eam reuocauerit, & per confeſſionem ſe negauerit, vt ibidem in fin. & ſic habes practicam quando depoſitio principalis offertur tam in iudicio, quàm in partibus, quã notabis, etiam quando actor voluerit, quod reus ipſe deponat vt principalis. Sed quę erit practica quando actor vel reus noluerit, vt principalis deponere? dicit text. in d. rit. mag. cur. incip. Item quòd infra ipſum terminum quòd illa pars per quã ſteterit reſpondere, tenetur pœna tarenorum quindecim ipſi curię applicanda, qua ſoluta, Iudex eius arbitrio dabit alium terminum, infra quem partes habeant reſpondere, & ſi non reſponderint, articuli, ſuper quibus erat reſpondendũ habentur pro confeſſatis, vel negatis, (prout recuſanti deterius fuerit) niſi infra ipſum terminũ de conſenſu partiũ curia pro tribunali ſedente fuerit renunciatum. Quęquidem pœna vt ſupra & practica in hoc ritu ſtatuta nõ ſeruatur. Eſt & alia practica poſita in rit. incip. Item ſeruat ipſa curia quòd ſi quis citatur & ibid. Carauit. vbi habetur quod quando principalis citatus ad deponendum non vult reſpõdere, citatur tribus citationibus, in vltima quarum inſeritur tenor articulorum,

7

8

Digitized by Google

rum, ſuper quibus examinandus eſt, & adhuc renuente deponere habetur pro confeſſo ſuper eis, à quo decreto non datur appellatio. Quam etiam practicam non vidi ſeruari, ſed ſeruatur, quòd ſi quis fuerit requiſitus, vt deponat vt principalis & recuſauerit fit decretum quod infra tot dies deponat alias compellatur, quibus elapſis mulctatur, & citato ad reluendum procedetur ad venditionem exequutionis pro multa peractæ. Sed quid faciendum ſi ex depoſitione principalis habita, reus non fuerit releuatus, vt quia actor dixit non credo vt ponitur. Reſpon. quod debet Iudex prouidere, quod terminus currat ab hodie, & ita ſeruari in practica refert, Carauit. ſuper rit. 69. nu. 5. in fin. Qua prouiſione facta, debet actor illam notificari facere reo ſiue eius procuratori, in cuius notificatione conſideret, an teſtes ſui principalis ſint præſentes, an abſentes à limine iudicij, & ſi præſentes exiſterent teſtes, tunc in illius termini dorſu reſpondeat, quod detur liſta examinatorum ſuſpectorũ, ad finem vt de non ſuſpecto fieri poſſit electio, prout fieri debet, vt in pragma. reſponſionibus de ord. iudic. cuius virtute in Magna Curia, & Sacr. Conſ. fit decretum quod infra biduum detur liſta, & intimetur. Qua electione examinatoris facta ac procuratori rei conuenti notificata per ſeruientem ſtatim expedienda eſt citatio ad teſtes, qua expedita, citandi ſunt non ſolum ipſi, ſed etiam & procurator actoris ad videndum eorum iuramenta, iuxta text. l. ſi quando C. de teſtibus. Qui procurator actoris poteſt petere requiri tempore receptionis, & proteſtari contra teſtes, & dicenda per eos quatenus contra ſuum principalem depoſuerint, & nõ aliter nec alio modo. Quo requiſito tenetur examinare examinator electus, cui ſolui-

9

tur pro quolibet teſte pro eius ſalario grana decem, vt in pragmat. reſponſionibus, de ord. iudic. (quam raro ſeruant in graue eorum animarum detrimentum.) Et aduertant ne examinent clericos ſine licentia inſcriptis habita à ſuo Prælato, vt in rit. mag. cur. incip. Item quòd clerici tam in minoribus, quæ reponi debet in actis. Dixi quatenus contra ſuũ principalem depoſuerint, nam ſine hac clauſula fuiſſet facta dicta proteſtatio cõtra teſtes, & teſtes iſti aliquid dixerint in fauorem proteſtantis, nõ poſſet ipſe vti illorum dictis, vt per Marant. fol. 385. nu. 4. quia per dictam proteſtationem cenſetur, declarare, ſe nolle eis fidem adhibere, quod eſt menti tenendum. Et ſic habes practicam probandi exceptionem quando teſtes ſũt præſentes in iudicio quam etiam ſeruare debet actor ad ſuam intẽtionem

10 fundandam. Si vero teſtes rei eſſent abſentes, & tunc procurator rei tempore notificationis termini, nominet teſtes in partibus vbi adſunt, pro quibus examinandis inſtet etiam dari liſtam officialium & locorum ſuſpectorum. Qua electione facta ſtatim dictus rei procurator expediri faciat literas commiſſionales pro teſtibus examinãdis, quibus expeditis, notificari faciat eidem procuratori actoris, qui reſpondere ſolet, requiri ſuum principalem quem ad hunc actũ ſubſtituit, ipſiq. notificatis procuret teſtiũ examinationem in partibus ab officiali electo requiſito prius principali teſtibusq. citatis, vt & ſupra diximus. In quo examine non poſſunt recipi in quolibet articulo vltra ſeptem teſtes, ſub pena, vt in prag. Card. 31. niſi cauſa eſſet antiqua, vel confinium, vt in prag. 1. de teſti. refrenatione. In qualibetq. cauſa non poſſunt recipi vltra teſtes num. quadraginta, aut ex cauſa quinquaginta vt in prag. vt litigantiũ

11 de offic. Sac. Reg. Conſilij. Plane ſcias quod ſi nominatio non fuerit facta in-

Digitized by Google

non connumerato die notificationis ipſius, & caueat ne capitulet articulos ſuper quibus non tenetur deponere, vt in articulo criminoſo. In negatiua quæ probari non poteſt, in articulo incerto & generali, & in tangente factum alienum. In articulo iuris, & duplici, in his enim deponere non tenetur, Carau. rit. 79. num. 2. & in quam pluribus alijs caſibus, de quibus per Marant. fol. 301. nu. 4. cum ſequ. Quibus articulis capitulatis. ac præſentatis actuario cauſæ debet actor deponere per verbum credo, vel non credo, & ſine præſentia Aduocati, vel Procuratoris, vt in prag. Quinta die, de ord. iudic. & in rit. mag. cur. incip. Item quod infra ipſum terminum, quod verbum credit releuat ab onere probandi d. prag. 5. die, eo quia qui credit quod alia pars dicit in articulo, dicitur credere nullam probationem fieri debere ſuper eo, & propterea litigari non poteſt in ea, ita Carau. ſuper d. rit. qui eſt 70. nu. 5. Qua depoſitione habita debet Procurator actoris illam notificari facere procuratori rei conuenti, qui procurator poteſt petere terminũ ad percunctandum eam, an ſit formiter facta depoſitio, & ſi reus fuerit releuatus ab onere probandi, qui dari debet. Sed & ſi per procuratorem actoris oblata eſſet depoſitio principalis in partibus, poteſt ſimiliter petere procurator rei terminum ad percunctandum actã & capitulandos articulos vt ſupra, & infra eundem terminum faciat expediri literas commiſſionales ſuis ſumptibus directas officiali illius terræ vbi actor reperitur, easq. configari faciat per vnum ex ſeruientibus curiæ procuratori actoris, vna cum articulis, qui quidem procurator tenetur procurare dictam depoſitionem ſuis ſumptibus. Qua habita eaq. in actis præſentata, tenetur eam notificari facere procuratori rei conuenti, qui reſpõde re poteſt, & petere terminum ad eam percunctãdum, ſi eius principalis fuerit releuatus ab onere probandi, & ſi non fuerit releuatus, & factum proprium calũnioſè negauerit, vt eſt matrimonium, filiatſonem, conſanguinitatem, affinitatem, notariatum de quibus veriſimiliter notitiam habere poteſt, puniri debet iudicis arbitrio. Pro qua pœna poteſt habere recurſum, contra Aduocatum, & Procuratorem ſi probauerit eorum conſilio, talem negationem feciſſe. Quòd ſemper præſumitur ſi præſentes fuerint in reſpõſionibus principalis, vt in d. pragm. 5. die. Beneuerum eſt quòd dicta pœna euitatur ſi infra tres dies poſt negationem principalis eam reuocauerit, & per confeſſionem ſe negauerit, vt ibidem in fin. & ſic habes practicam quando depoſitio principalis offertur tam in iudicio, quam in partibus, quã notabis, etiam quando actor voluerit, quod reus ipſe deponat vt principalis. Sed quę erit practica quando actor vel reus noluerit, vt principalis deponere? dicit text. in d. rit. mag. cur. incip. Item quòd infra ipſum terminum quòd illa pars per quã ſteterit reſpondere, tenetur pœna tarenorum quindecim ipſi curię applicanda, qua ſoluta, Iudex eius arbitrio dabit alium terminum, infra quem partes habeant reſpondere, & ſi non reſponderint, articuli, ſuper quibus erat reſpondendũ habentur pro confeſſatis, vel negatis, (prout recuſanti deterius fuerit) niſi infra ipſum terminũ de conſenſu partiũ curiæ pro tribunali ſedente fuerit renunciatum. Quequidem pœna vt ſupra & practica in hoc ritu ſtatuta nõ ſeruatur. Eſt & alia practica poſita in rit. incip. Item ſeruat ipſa curia quòd ſi quis citatur & ibid. Carauit. vbi habetur quod quando principalis citatus ad deponendum non vult reſpõdere, citatur tribus citationibus, in vltima quarum inſeritur tenor articulorum,

Digitized by Google

rum, super quibus examinandus est, & adhuc renuente deponere habetur pro confesso super eis, à quo decreto non datur appellatio. Quam etiam practicam non vidi seruari, sed seruatur, quod si quis fuerit requisitus, vt deponat ut principalis & recusauerit fit decretum quod infra tot dies deponat alias compellatur, quibus elapsis mulctatur, & citato ad reluendum procedatur ad venditionem exequutionis pro multa peractæ. Sed quid faciendum si ex depositione principalis habita, reus non fuerit releuatus, vt quia actor dixit non credo vt ponitur. Respon. quod debet Iudex prouidere, quod terminus currat ab hodie, & ita seruari in practica refert, Caravit. super rit. 69. nu. 5. in fin. Qua prouisione facta, debet actor illam notificari facere reo siue eius procuratori, in cuius notificatione consideret, an testes sui principalis sint præsentes, an absentes à limine iudicij, & si præsentes existerent testes, tunc in illius termini dorsu respondeat, quod detur lista examinatorum suspectorū, ad finem vt de non suspecto fieri possit electio, prout fieri debet, vt in pragma. responsionibus de ord. iudic. cuius virtute in Magna Curia, & Sacr. Consil. fit decretum quod infra biduum detur lista, & intimetur. Qua electione examinatoris facta ac procuratori rei conuenti notificata per seruientem statim expedienda est citatio ad testes, qua expedita, citandi sunt non solum ipsi, sed etiam & procurator actoris ad videndum eorum iuramenta, iuxta text. 3. si quando C. de testibus. Qui procurator actoris potest petere requiri tempore receptionis, & protestari contra testes, & dicenda per eos quatenus contra suum principalem deposuerint, & nō aliter nec alio modo. Quo requisito tenetur examinare examinator electus, cui solui- 11
tur pro quolibet teste pro eius salario grana decem, vt in pragmat. responsionibus, de ord. iudic. (quam raro seruant in graue eorum animarum detrimentum.) Et aduertant ne examinent clericos sine licentia in scriptis habita à suo Prælato, vt in rit. mag. cur. incip. Item quòd clerici tam in minoribus, quæ reponi debet in actis. Dixi quatenus contra suū principalem deposuerint, nam sine hac clausula fuisset facta dicta protestatio cōtra testes, & testes isti aliquid dixerint in fauorem protestantis, nō posset ipse vti illorum dictis, vt per Marant. fol. 385. nu. 4. quia per dictam protestationem censetur, declarare, se nolle eis fidem adhibere, quod est menti tenendum. Et sic habes practicam probandi exceptionem quando testes sūt præsentes in iudicio quam etiam seruare debet actor ad suam intētionem 10
fundandam. Si vero testes rei essent absentes, & tunc procurator rei tempore notificationis termini, nominet testes in partibus vbi adsunt, pro quibus examinandis instet etiam dari listam officialium & locorum suspectorum. Qua electione facta statim dictus rei procurator expediri faciat literas commissionales pro testibus examinādis, quibus expeditis, notificari faciat eidem procuratori actoris, qui respondere solet, requiri suum principalem quem ad hunc actū substituit, ipsiq. notificatis procuret testiū examinationem in partibus ab officiali electo requisito prius principali testibusq. citatis, vt & supra diximus. In quo examine non possunt recipi in quolibet articulo vltra septem testes, sub pena, vt in prag. Card. 31. nisi causa esset antiqua, vel confinium, vt in prag. 1. de testi. refrenatione. In qualibetq. causa non possunt recipi vltra testes num. quadraginta, aut ex causa quinquaginta vt in prag. vt litigantiū 11
de offic. Sac. Reg. Consil. Plane scias quod si nominatio non fuerit facta in

Digitized by Google

fra quinque dies à die notificationis termini computãdos non est amplius admittenda, vt in prag' post prædictas
12 de ord.iudic. Item scias quod faciens nominationem & ea non vtens tenetur ad pænam vnciarum duarum, vt ibid. & in prag. si post interlocutorias & in prag. quoniam in termino, de offic. Sac. Conf. & in pragm. 32. Card. Granu. quà non euitabis etiam si examinaueris, & testes nihil depoſuiſſent ad cauſam, vel dixiſſent nihil ſcire de contentis in articulo, vt in d. pragm. Card. Niſi nominationi factæ eod. vel ſeq. die renunciaueris apud acta, vt in prag. 60. de offic. Sac. Conſ. tunc enim
13 pænam euitabis. Scias inſuper quod nominans teſtes extra Regnum tenetur illos ſpecificè, ideſt cum nominibus & cognominibus nominare, & ita ſeruatur in practica, & facere depoſitũ vntiarum duarum pro pæna ſi non examinabit, vt in pragm. 31. de offic. Sac. Reg. Conſ. ac etiam facere depoſitum neceſſarium pro examinatione teſtium, vt in rit. mag. cur. incip. Item niſi eſſent teſtes. Et hæc niſi pars, quæ fecerit nominationem extra regnum dicat, quod ea vult vti, ac ſi eſſet intra regnum, & examinari facere intra illos tres menſes, qui dantur in regno iuxta formam d. pragm. & poſt prædi-
14 ctas, tunc euitabit depoſitum. Vltimo ſcias, quòd licet regulariter audientia teſtium committi debeat in ciuilibus, vt in Conſtit. Reg. In pecuniarijs, & in rit. mag. cur. incip. Item ſeruat ipſa curia quando committit, tamen limitabis hãc regulam: niſi cauſa eſſet feudalis, vel niſi cauſa eſſet ardua, vt per Carau. rit. 158. nu. 3. tunc enim committitur examen examinatori Sacr. Reg. Conſ. vel Mag. Cur. vbi cauſa agitatur. Tertio limitabis, niſi teſtes eſſent infra dietam, ideſt viginti miliaria, vt in rit. mag. cur. incip. Item quòd curiæ, & altera ipſarum, quo ẽt caſu nõ committitur, niſi pro ſenibus, valetudinarijs, & mulieribus honeſtis ſed debet accedere actuarius, vel ſcriba, cui ſolui debet ſalarium pro dietis ad rationem] vnius ſcuti pro qualibet dieta, ſuis expenſis vel carlenorũ octo expenſis partibus, Carau. in d. rit. 141. nu. 1. propè medium, vbi in fine ſubdit, ſe vidiſſe etiam infra vnam dietam audientiam committi. Et ſic habes practicam tam ad fundandam intentionem actoris, quam etiam ad probandam exceptionem rei conuenti.
15 Termino autem dato, vt ſupra, elapſo ſi nominatio non fuerit facta, nec expeditæ literæ commiſſionales, fit publicatio & notificatur parti, ſi vero fuerit facta nominatio & literæ expeditæ & confignatæ, & tunc in publicatione debet præcedere inſtantia, & intimatur parti aduerſæ, quæ ſi nihil replicat fit publicatio per iudicẽ cum termino tot dierum ad accipiendum copiam proceſſus ſi voluerit partes, ſi vero aliquid replicat iuſtam cauſam allegando quare fieri non debeat iudex de his cognoſcere debet, & ſi reperit non militare, prouidetur quòd oppoſitis non obſtantibus fiat publicatio, cum termino ad accipiendum copiam proceſſus, ſi vero aliqua iuſta cauſa fuerit allegata, ſuperſedere debet, & ita hodie ſeruatur in practica, Carau. rit. 72. nu. 1. licet pragm. curſu dilationum voluerit, quod elapſo termino intelligatur facta publicatio ipſo iure, niſi infra quatuor dies, &c. vt ibi, quod non ſeruatur. Prout nec etiã ſeruatur diſpoſitio rit. incip. Itẽ quòd elapſo termino, qui fuit correctus per diſpoſitionem dictæ pragmaticæ. Sed iuxta hoc quæro quæ nam impediunt publicationem fieri? Reſp. quod ſicut publicatio debet fieri elapſo termino, impediretur ſi non eſſet elapſus. Et ideo ſi quis inſteterit pro depoſitione principalis, quæ adhoc non fuit oblata, terminus non ſolum non eſt elapſus, ſed nec currere incæpit, vt

ſupra

Digitized by Google

ſupra. Vel pro exhibitione ſcripturarum. Vel pro declaratione ſi tenet & poſſidet, & ſi eſt hæres. Vel ſi apoca non eſſet recognita. Item curre re non incæpit, facta inſtãtia pro electione examinatoris, ſi adhuc non eſſet facta. Vel ſi fuit facta, non ſtetit per partem examinare, ſed per ipſum examinatorem electum, quo caſu ſolet fides præſentari in actis. Tertio ſi teſtes in termino eſſent citati, tunc.n. poſt terminum recipi poſsũt per tres dies vel iudicis arbitrio, vt in rit. mag.cur.incip. Item quod in quibuſcunque cauſis. Hodie autem ex communi obſeruantia omnium curiarum Regni practicatur, quod ſi elapſo termino remanent examinandi teſtes citati infra terminum, fit publicatio cũ termino tot dierum, vt iudici melius placuerit, cum reſeruatione infra eundem terminum examinandi teſtes citatos, vbi ibi per Catau. n. 4. ſic etiam fit publicatio cum reſeruatione quãdocunque examen venerit literis cõmiſſionibus conſignatis, ac elapſo ter
16 mino nominationis factæ. Sed quantum durat hoc tempus nominationis, ſucceſſiuè non eſt prætereũdum. Qua de re ſcias quod ſi terminus decẽ dierum fuerit per iudicem datus ad probandum incumbentia, à die lapſus dictorum decem dierum computandorum à die electionis officialis, & habitæ depoſitionis principalis (quoties petita fuerit) proqualibet dieta, ideſt vigintimiliaribus ſtatuti ſunt dies quæque & ſi nominatio fuerit facta in loco diſtante à ciuitate Neap. per centum milliaria terminus non alias cicetur elapſus nominationis, niſi elapſus alijs vigintiquinq; diebus, ad quem do pro qualibet dieta, quinq; dies, ita tex. in prag. poſt prædictas. Scias etiã quod ſi feriæ abſorberent totum terminum à iudice datum vel maiorem partem, tunc enim feriæ non computarẽtur in dilatione & termino, vt puta ſi in ſabbato palmarum fuiſſet data dilatio dierum quindecim, talis.n. terminus inciperet currere poſt octauam Paſchæ. Marant. fol. 336. nu. 17. in fin.
17 Publicatione aũt facta in cauſa ſi partes vel aliqua ipſarum voluerit petere terminũ ad repulſam teſtiũ, petere debent infra decem dies numerandos à die aſſignatæ copiæ proceſſus dictæ cauſæ, & caſu quo proceſſus eſſet cartoſus, poſſent petere maiorem terminum ad hoc, vt eo viſo valeant delibe rare ſi repulſa opus erit, & econuerſo ſi eſſet paruus proceſſus. Poſſet iudex eiſdem ſtatuere minorem terminum, vt in rit. mag. cur. incip. Item quòd facta publicatione in cauſa, qui rit. corrigitur per prag. curſu dilationum, de ord. iudic. vbi habetur qđ facta publicatione proceſſus & habita ipſius copia ſuſit ſtatuti octo dies ad percuntandũ proceſſum per Aduocatũ, quibus elapſis die ſequenti eſt petẽda repulſa, & petita intelligitur conceſſa, alias vlterius non debet audiri. Quæ etiã prag. in practica non multũ practicatur, ſi quidem terminus ad percuntandum proceſſum, hodie datur duorum dierum vel quatuor, arbitrio iudicis iuxta quantitatem proceſſus, quo elapſo ſi non fuerit petita repulſa, prout peti põt, vt in d. rit. mag. cur. incip. Item quod facta publicatione, & in d. prag. curſu dilationum. (Vel eodẽ die quo fuerit facta concluſio & intimata) & eſt concedenda cum medietate primi termini, vt in d. prag. curſu dilationũ, infra quẽ præcisè & peremptoriè debent teſtes examinari alias vlterius non eſſent recipiendi, niſi ex iuſta cã, vt in fin. d. rit. Itẽ quod facta publicatione. Nec in ea debent admitti dilationes, cum ſimus in odio
18 ſis, & terminus currat de momẽto, ad momentum. Et ideo non debet committi audiẽtia teſtium, vt in rit. incip. Item curia ipſa, etiam pro ſenibus & valetudinarijs. Scias autẽ quod ſi quis petie-

Digitized by Google

petierit repulsam & ea non vsus fuerit, vel si quis in termino repulsæ præsentauerit articulos impertinētes, punitur pęna de qua in d.prag.71.Card. Granu. cum præsentari non possint, vt in prag.contingit,de ord.iudic.Itē aduertas, quod quādo facis articulos in repulsa,debes ponere & articulare quod nō animo iniuriādi,sed tuę causæ defendendæ, &c. Carau.rit.73.nu. 10. alias teneris actione iniuriarum, vbi nu.8.etiam refert quod in Regno de ea repulsa fit magnus casus, quæ inimicitiam testis tantum tangit,dum modo tamen, in specie allegetur & probetur, & de alijs non multum cu-
19 ratur. Sed etiam quòd examinatis testibus in causa repulsæ fieri debet publicatio,cum termino dierum duorum ad percuntandum acta & debet parti intimari, quæ,si non petierit repulsam repulsæ (prout peti potest,& conceditur, vt in rit. mag.cur.incip. Item quod elapso termino & in dict. prag. cursu dilationum, cum medietate termini in repulsa dati) procedetur ad vlteriora & si petierit, termino elapso testibusque examinatis fieri debet publicatio in repulsa repulsæ petita, cum termino dierum duorum ad percutandum acta, & intimari, quo elapso fieri debet conclusio, vt in rit.magn.cur.incip.Item facta,publicatione dictę,& in prag.13.de ord.
20 iudic. & intimatur. Qua facta,citandus est reus ad sententiam, idest, ad dicendum quicquid dicere voluerit in causa in iure & in facto,& in scriptis & oretenus, in qua citatione poterit peti terminus ad percuntandum (quoties non esset oblatum) quo termino elapso procedi debet ad expeditionem causæ. Nisi tamen. (Primo limita,) fuerint de nouo præsentatæ scripturæ per aliquam ex partibus, & fuerit petitus terminus ad eas impugnandum,prout peti potest,& est concedendus iudicis arbitrio, saluo iure pupillorum & cæterorum priuilegiatorum,vt in d.prag.cursu dilationum Secundo limita, nisi fuerit instatum pro declaratione circa vsum testium & scripturarū, tunc enim superfederi debet in causa, donec dicta declara-
21 tio fuerit formiter facta. Hoc modo simpliciter videlicet N. N. procurator, declarat quod vult vti omnibus articulis, omnibus testibus, omnibus eorum depositionibus, oībus scripturis,omnibus actis,omnibusq; relationibus in præsenti causa factis, & ita dicit,& declarat.Nec dicas omni modo meliori, &c. quia non esset formiter facta, & pars poterit instare quod fiat formiter. Qua declaratione facta per constitutum procuratorem, ratificari debet per principalē,& ita practicatur. Et si pars declarare tenuerit compelletur per trina decreta, & habetur facta prout deterius, etiam si fuerint testes examinati in prima instantia.Tertio limita,nisi primum beneficiū fuerit petitum, prout peti potest,vt rit.magn.cur.incip.Item quod in causis,& in prag.57.de off.Sac.cōs. & in prag.31.Card.Granu.Nisi causa esset introducta, idest, nisi commissarius incæpisset facere relationem de
22 ea.Afflic.in Const.Reg.obscuritatem, nu. 13, secus autem si causa non esset introducta.id.Afflic. decis. 114. licet rit.incip. Item quod in quibuscunque causis, voluerit contrarium cum non feruetur) per minorem mulierem, fiscum,Carau.super d. rit. nu.2. qui est rit.71.aliasq; miserabiles personas,vt in prag prædicta cursu dilationum, in fin.Nō solum quādo principaliter agunt,sed etiam accessorie vti authores laudati,Afflic.decis.15.relatus per Carau.in d.rit.nu.2. Marant.fol.128. nu.101. Item etiam si maior lite pendente successerit minori, vel mulieri lite pendente. Afflic. decis.211,sed nō e contra,quia minor cum maiori succedit,non vtitur iure suo,Afflic. in d.

Const.

Digitized by Google

Const. Reg. obscuritatem, nu. 17. tunc enim dandus esset terminus, in dicto beneficio, ideſt, medietas primi termini, vt in d. rit. incip. Itē quod in causis vel iudicis arbitrio, Afflict. decis. 124. Infra quem suam fundabit intentionem, iuxta ea quæ desuper in primo termino. Quo termino elapso fieri debet publicatio in primo beneficio cū termino, ad percuntādum acta, & intimatur, & si non fuerit petitum secundum beneficium, prout peti potest procedi debet ad expeditionem causæ. Nisi reus similiter esset persona priuilegiata, & petijsset primum & secundum beneficium, prout peti potest ex quo nota quòd in vna eademq; cā possunt peti quatuor beneficia Afflic. in d. Const. Reg. obscuritatem nu. 14.

23 Nolo tamen omittere, quod si quiuis petierit primum vel secundum beneficium, & postea eo vsus non fuerit, tenetur ad pœnam vntiarum duarum, vt in prag. 32. Card. nisi eod. die renunciauerit, vel vsque vt de nominatione supra diximus. Vel si vsus fuerit, & impertinens esse examen & nihil releuare, per quam prag. corrigitur prag. 1. de dilatio, & ita compilatur processus in magn. curia, & in Sac. Regio

24 consilio. Beneuerum est, quod elapso termino in Sac. Reg. consilio non statim fit publicatio, vt seruat magn. cur. sed citatur reus siue pars appellata vel appellans, ad publicandum, in qua potest instari pro termino ad percuntandum (quoties oblatus non esset) & deinde fit publicatio, nisi aliquid replicatum fuerit, vt supra diximus, & facta publicatione, non statim fit conclusio, elapso termino ad percuntandum acta, sed citatur ad concludendum, & postea fit conclusio. Præterea sententia mag. cur. debet parti intimari, & sententia Sacr. Reg. consilij non intimatur cum ab ea non detur appellatio. Sed reclamatio, & in ea compilatur processus vt supra,

ADDITAMENTA Caroli Grimaldi V. I. D. Ad n. 1. huius ca. IIII.

QVilibet agere volens ex reg. tex. in d. auth. generaliter tenetur præstare cautionem expensarum quid dicendum si fuit processum in causa, & nulla cautione præstita an per hoc acta sint nulla dic quod non pro quo vide Alex. conf. 37. volum. 2. per totum. Ad numerum tertium.

Sed quid dicendum si facte fuerint probationes sine termino an valeant, & dicitur qd sic cum terminus non sit de substantia probationis l. in crimine, ff. de adult. Bal. in l. si clericus, col. 4. in fi. C. de Episco. aud. Decis. in cap. licet causam col. 9. vers. quid autem si quis probauit de probat. & in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, colum. 11. de Const. Afflict. decis. 55. Alex. conf. 105 num. 2. vol. 5. cum enim deuenitur ad probationes debent attendere, vt necessario concludāt alias non releuant c. in præsentia de probat. Cor. consil. 194. litera b, vol. 2. in eis enim stat tota virtus causæ vt dicit Bald. in l. clericus, col. 3. de Episc. aud. Circa mediū. Ad num. 6. prædicti cap.

Aduerte tamen, an materia probationum quod in his, in quibus à communiter accidentibus, difficilis est probatio admittitur, probatio per cōiecturas, Ie. filium diffinimus, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. l. si vicinus, C. de nupt. l. consensu, §. super plagis, C. de repud. l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re mili. C. veniens, il secundo in fin. de testib. cap. Michael, de filijs præsb. in talibus enim lex. contenta, est probationibus, quæ haberi possunt quamuis plene non sint, hæc est theorica Feder. de Sent. in consil. 118. Ineipiente nulli dubium est; idem voluit Bart.

Digitized by Google

Bart. & Scriben. in l. si quis ex argentarijs, §. penult. ff. de eden. & ibi dicit quod probationes per coniecturas dicuntur manifeste, l. licet, ff. de leg. 1. leg. si quis locuplex, ff. de manu test. & uot. in l. si quando C. unde vi, & specul. in titu. de fur. vers. pe. & Bart. in l. 1. in fi. ff. de verb. oblig. quod in omnibus in quibus non possunt clare haberi liquidę probationes, sufficit quod iudex ex vehementi opinione informationem habeat arg. d. §. à barbaris. ita concludit Alex. in pluribus consilijs suis, maxime in cõsil. 24. versic. sed præmissis non obstantibus, & consil. 69. visa facti vol. 2.

Aduerte circa productionem scripturarum, quod ille qui producit scripturam videtur fateri contenta in ea, vt habetur per. glos. & doctores in l. 1. §. edictiones, ff. de eden. Bald. in l. cũ pretium, C. de liberal. cauſ. allegat. text. in l. si aduersarius, C. de fid. instrum. & quid si protestatus fuerit in præsentatione quod præsentabat quatenus pro ea faciebat non aliter, nec alio modo de quo vide Imol. & Anton. de Butr. in cap. cum olim de cẽſi, Bart. & Paul. in l. Iulianus, §. fin. depoſit. Bal. in l. 1. col. 5. in fi. C. de confeſſ. Paul. in d. §. edictiones Bald. Paul. & moder. in l. 1. C. vt quæ deſunt aduocat bene verũ est quod ad hoc vt scriptura vel instrumentũ habeat, effectũ probationis oportet, vt producatur aduersario citatio alias habebit effectũ simplicis productionis Bal. in l. qũ in fi. C. de testi. Roma. cõs. 156. & 119. Ad numerum nonum prædicti cap.

De electione examinatoris facienda vide quæ dixit Ang. in l. obseruandis. ff. de iudi.

Ordo iuris est, qđ citetur aduersarius, ad videndum iuramenta testium, qđ si fuerit omissum eius dictum non valet, d. l. si qũ C. de testi. cap. 2. extra eod. Roma. cons. 192. ea rõne, quia iuris ordo non fuit seruatus, l. prolatã, C. de sent. & interlocu. omn. iud. l. vt debitum, ff. de hæredi. act. Moder. in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de constit. & vnica citatio ad hoc sufficit, ita Bar. in l. cõsentaneũ, C. quo & quand. iudic. & per eundẽ in l. si finita, §. Iulianus. ff de dam. imfect. Io. Andr. Ant. de Butr. & Panor. in cap. consuluit de officio deleg. & est cõis opinio secundum Fely. in prædallegato c. 2. Ad numerum decimum prædicti cap.

Vide Aym. in sua practica iudici. c. 45. vbi ponit obseruantiam Regni, in examinandis testibus in factis antiquis, & in mareria confinium, & pœnam examinatori contrafacienti. Ad numerum 14. prædicti cap.

Antiquitus denegabatur audientia testium committi extra ciuitatem, vel prouintiã aut in alijs longinquis partibus, l. 3. §. fi. ff. de testi. de iure autem nouissimo indistinctè quando testes sunt alibi examinandi, committitur iudici vbi testes degunt, vt valeat illos examinare quorum dicta, ac attestationes, clausæ & sigillatæ debeat iudici deleganti transmittere, §. quoniã Auth. de testi. sicut hodie confirmatum est per constitutiones reg. vt in const. incip. in pecuniarijs litibus. Ad numerum 15. prædicti cap.

Publicatio processus est de ordine iustitiæ, & non de ordine substantiali iudicij, & ideo sententia sine publicatione processus valet, cum respectu iudicis semper sit publicatus, partes enim debẽt instare pro publicatione, & vide ad hoc allegata, per Sebast. Vanti in suo tract. nulli, tit. de nullitate, ex defectu, proceſſ. nu. 40.

Carau. in ritu. 69. nu. 6. dicit qđ si testes in termino dato iurauerint, licet infra terminũ non fuerint examinati, vsu respectum esse, vt etiam elapso termino examinentur iuxta dispositionẽ iuris cõis de qua latè Fely. in c. licet cauſam nu. 11. de probat. & Bart. in l. si quando nu. 11. C. de testi. assignans, ratio-

Digitized by Google

rationem quia infra terminum depositiſſe dicuntur cum infra terminum iurauerint. Ad numerum 18. prædicti cap.

Facta dicta proteſtatione, licet teſtis agere non poſſit actione iniuriarum, nihilominus qui repulſam non probauit, tenetur ad pœnam tarenorum decem iuxta pragmaticam 2. de teſt. refren. & repul. ſallit tamen ſi ſemiplene probauit vel ſaltim per famam qui obijcit crimen in repulſam late Marant. in 6. part. 13. actu. nu. 15. Ad num. 20 prædicti cap.

Citatio ad audiendam ſententiam eſt neceſſaria, & de ſubſtantia etiam in ſummarijs, vt dicit Capyc. in deciſ. 1. nu. 33. & Afflict. in deciſ. 346. in fin. imo illius ommiſſio vitiat, ſententiam qua citatione facta, non poteſt deinde trattari de nouo termino vel impedire illius deciſionem Anton. de Butr. & text. in cap. cum in veteri de elect. & Alex. in addit. ad Bart. in l. ille aut ille, in verſ. Incipiente debet committi ff. de leg. 3. niſi in caſu limitato, ibidem per authorem.

CAPITIS QVINTI.

SVMMARIVM.

1 *Reus quãdo tenetur ad fructus & qñ non, vſque ad nu.* 12.

12 *Et qui fructus debeantur.*

13 *Reus quando tenetur ad intereſſe, vſque ad nu.* 31.

31 *Et quando ipſo iure debeatur. nu.* 31.

COmpilato proceſſu debet Iudex condemnare vel abſoluere reum vt iura volunt & mandant, alias, vltra quod tenetur in foro conſcientiæ, facit litem ſuam, Bart. in l. 1. C. quomodo & quando iudic. & tenetur ad damna parti l. fin. & ibi gloſ. & Doctor. ff. de var. & extraordin. cognit. Facit text. in l. 4. §. ſi iudex ff. de actio. & obligat. & inſtit. de obligat. quæ ex qua. deli. naſc. Conſiderando an actori competat actio, & ſi competat, an aduerſus reum conuentum competat, & ſi tam reſpectu actoris quam rei competat, an competat ex cauſa in iudicio deducta, & alijs de quibus (Deo dante) dicemus in tractatu noſtro. De ratione iudicandi tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, tam de iure communi, quàm canonico, & Regni huius. Sed iuxta hoc quæro quando reus tenetur ad fructus? Reſpond. quod regulariter. Quando 1 ſunt petiti l. domum l. ſi fundum, C. de rei vendic. facit text. in §. & ſi in rem §. & ſi hæreditas, inſtit. de offic. iudic. Quamuis res quæ vſui, non fructui eſt petatur l. cum in rem, ff. de rei vendic. Vt ſi nauis petatur, l. ſi nauis ff. eod. Vel argentum, veſtimentum, vel alia ſimilis res, l. videamus, ff. de vſur. Vel ſi vſufructus petatur, vt ibidem. Item quamuis res aliena non actoris ei per errorem ſit adiudicata, l. ex diuerſo, §. 1. ff. de rei vendicat. Item quamuis poſt rem petitam vſucæperit reus, fructusq. ex ea percepit l. ſi poſt acceptam, cum duabus ll. ſequ. l. ſi à bonæ fidei ibi, vt tamen interim ff. eod. Item quamuis poſt litem conteſtatam, reus rem poſſidere cæperit, l. ſin autem §. item litis ff. de rei 2 vendi. Planè ſcias quòd pluribus modis non tenetur. Et primo ſi perſonali actione agatur l. videamus, §. ſi actionem ff. de vſuris, quo caſu ad fructus non tenetur, & hoc quamuis cum fundum quis ſtipulatus eſſet, eos fructus qui tempore ſtipulationis pendebant, tanquam partem fundi petat, l. ſi filiusfamilias §. fin. ff. de verbor. oblig. Item quamuis poſt moram factam fructus ſint percepti, d. §. ſi actionẽ quibus caſibus fructus non debentur

bentur. Non igitur in actione perſonali reus tenetur ad fructus, niſi fructus poſt rem in iudicium deductam percipiantur, d §. ſi actionem, cõcor. l. cum fundus, in princ ff. ſi cer. pet. le. 2 ff. de vſur l. partum, §. 1. & §. in his quidem, ff. eod. tit. Vel niſi per actionem perſonalem, naturalem poſſeſſionem reuocet, cum ciuiliter poſſideat, d. l. videamus, §. ſi poſſeſſionem, ff. de vſur. Vel ſi fundus ob rem datus condicatur, vel repetatur. Vel dos repetatur nuptijs non ſecutis, d. l. videamus, in prin. Vel niſi indebitum condicatur. Vel res mortis cauſa donata repetatur, d. l. videamus, §. Item ſi indebitum, dicto titulo, ff. de vſuris. Vel niſi Fauiana aut Pauliana actione agatur, vt ibid. §. in Fauiana. Vel niſi qđ vi mætuſue cauſa agatur, vt ibidẽ §. item ſi vi. Vel exempto Vel pro ſocio, ibidem, §. ex cauſa. Vel niſi interdicto vndeui. vt ibidem, §. in Fauiana. Vel quod vi aut clam ibidem, §. in interdicto. Vel niſi bonæfidei actione agatur, §, penu. ibidem. Vel niſi ex iure, quo verbum reſtituas continetur, d §. Fauiana. Vel niſi actione qua quis rem dari, vacuamq; poſſeſſionem tradi ſtipulatus eſt, agatur, l. 4. ff. de vſur. quo caſu fructus etiam debentur, niſi tantum vacuam poſſeſſionem ſit ſtipulatus; non etiam rem dari, l. 3. § 1. ff. actio. empt. Secundo reus non tenetur ad fructus, ſi bonæfidei poſſeſſor ſit. Hic enim de fructibus reſtituendis non tenetur, l. qui ſcit, §. in alieno, ff. de vſur. concor. §. ſi quis a non domino, Inſtit. de rerum diuiſio. facit text. in l. bonæfidei emptor, in prin. & in ſi & in l. quæſitum, ibi quia & ſi. ff. de acquiren. rer. domi. Et hoc quamuis nondum eos perceperit, d. l. bonæfidei, ibi, denique, cõcor. d. l. qui ſcit, § præterea, ff. de vſur. Itẽ quamuis talis ſit, quę longo tempore vſu capi non poſſit, d. l. bonæfidei, in princ. ibi, nec intereſt, concor. §. penult. ibi. nam contrario, eiuſdem legis. Item quamuis non ſua diligentia, & opera fructus perceperit, ſed aliunde; d. leg. bonæfidei, in princip Non igitur bonæfidei poſſeſſor tenetur ad fructus, niſi tamen adhuc fructus pænes poſſeſſorem extent, l. certum eſt, C. de rei vendic. l. fructus pendentes, ff. eod. tit. Secundo niſi poſt litem conteſtatam fructus perceperit, d. l. certũ, ibi, poſt litem cui concor. §. & ſi hæreditas, in fin. Inſti. de offi. iud. l. 2. C. de fructib. & lit. expen. l. partum, ff. de vſur. quo caſu etiam tenetur bonæfidei poſſeſſor, quamuis bis eiuſdem rei nomine ab eodem conueniatur poſt primam non poteſt ſecundam litem motã fructus percepit. l. Fiſcus, ff. de iure fiſci. Tertio bonæfidei poſſeſſor non tenetur ad fructus, niſi hæres ſit eius, qui mala fide poſſidebat In hunc enim par habenda, fortuna eſt, dicit tex. in d. l. 2. C. de fruct. & lit. expen. ibi hæredis. Quarto niſi fructus ſint naturales, nõ induſtriales, hoc eſt quos bonæfidei poſſeſſor ſuis operibus non percipit, nec ſua impenſa, l. fructus, ff. de vſur. Quinto niſi bonæfidei poſſeſſor ex fructibus locupletior factus ſit, leg. 1. ibi, nec non etiam fructus, C. de petit. hæred Sexto niſi malafide, ſciens rem alienam acceperit ac poſſederit, d. §. ſi quis à domino, in fin. d. leg. qui ſcit, in princ. ff. de vſu. l. quæſitum eſt; ibi, quia & ſi, ff. de acquir rer. domi. tunc enim licet bonæfidei poſſeſſor ſit, tenetur ad fructus. Quamuis auctor malæfidei poſſeſſoris, bonafide poſſederit (quod tantum in hærede locum habet) d leg. qui ſcit, ibi, nec refert, ff. de vſu. Quibus caſibus vt ſupra bonæfidei poſſeſſor non excuſatur, niſi initium poſſeſſionis iuſtum fuerit, d leg. qui ſcit, §. bonęfidei emptor, ff. de vſur cui repugnare videtur tex. in d. l. bonæfidei, §. in contrarium, ff. de acquir. rer. domi. Tertio non eſt condennandus ad fructus, ſi nuda proprietas, petatur.

Digitized by Google

tatur d.l.videamus §. 1. ibi quid præterea ff. de vsur. facit text. in l.si petitor ff.de rei vendic.tunc enim fructus non debentur, nisi vsus fructus medio tempore ad proprietatem fuerit reuersus d.l.videamus,ibi,quid igitur si nuda proprietas cui concor.tex.in l.fructus in fin. ff. de rei vendicat. Vel nisi quid proprietati per alluuionem, vel alio modo accesserit,vt ibid.ibi,idem
9 est. Quarto reus non tenetur ad fructus,si fructus non perceperit.l.si eius fundi ff. de rei vendic. tunc enim non tenetur nisi à solo fructus separati fuerint, vt ibid. ibi,Paulus:vel nisi actor percipere potuisset l.si nauis l.fructus §.fin. ff.eod. Quibus casibus tenetur, nisi bonæ fidei possessor sit reus. Hic enim de ijs quos percipere potuisset tenetur §. illorum autem Instit. de offic. iudic. Nisi post litem contestatam: Ex hoc enim tempore bonæ fidei possessor, quia malæ fidei esse incipit, etiam de percipiendis tenetur l. 2. C. de fruct.& lit.expen.l.1.in fin.C.de
6 petit. hæred. Quinto condemnandus est reus ad fructus,nisi res sterilis sit, ex qua fructus percipi non possunt, exemplo hominis valetudinarij l. penult.ff.de rei vendi.l.6.§.1.ff.de oper.
7 liber. Sexto non tenetur reus ad fructus. Si res quæ petitur petierit, vt ex ea amplius fructus percipi non possunt,quo casu nec æstimatio fructuum præstanda l.penul.ff.de rei vendic.nisi vsque ad tempus mortis, vt ibidem,& in l. Iulianus §. quod si dolo, & in l. vtique autem ff.eod.tit. Vel nisi dolo, vel culpa rei conuenti res petierit d.l. fructus in princ. Vel nisi mora à reo facta res petierit d. l. Iulianus, §. 1.
8 Septimo non tenetur reus ad fructus, si seruus petitus impubes sit l. 6.§.1.ff. oper.seruor. Planè si excesserit infantiam seruus,non excusatur possessor, l.cum de fructibus ff. de rei vendicat.
9 Octauo non tenetur reus, si actor in ciusa principali actione careat, tunc enim nec ad fructus condemnandus est l.eos,C.de vsur.in princ.Nono cõdemnandus est reus ad fructus, nisi post rem iudicatam fructus percepti sint,vel percipi potuerunt. Hi enim in actione de qua iudicatum est non veniunt l.3.§.in his quidem ibi, certè post rem, ff. de vsur. Bene tamen ad executoris officium pertinent fructus postea percepti, vt est text. in l. qui restituere, in princip.ff. de rei vendic.
10 Vltimo tenetur reus ad fructus, nisi ex artificio serui sumptibus possessoris seruus dicit,fructus sint percepti, l.improbè cum l seq. ff.de rei vendic.
11 Et si vis scire, qui fructus debeantur videas text.in l.penult. ff.de vsufruct. leg.in l.3.ff. de oper.seruo.in l.videamus §. præterea ff.de vsur.in l.5.C.de rei vendic.in l.generatim §. ante matrimonium ff. de vsuris in l. equis l. in fructu eod.tit.in l.venationem ff.de vsuris in l. qui fundum, §. cum fundum ff. de contrahen. emptio. Partus autem ancillæ, licet in fructu non sit l.in pecudum, ff.de vsuris. Nihilominus quod est in restituendis fructibus, id.in partu obseruatur l. 1. C. de rei vendicat.l.Iulianus §. id Iulianus ait ff. de rei vendic. l.præterea, §. ita
12 que eod. tit. Sed an in restitutione fructuum sint deducendæ expensæ factæ per possessorem? Respond. quod sic regulariter l quod in fructus ff. de vsuris l.4.in fin. ff. de oper. seruor. l. 1. C.de fruct. & lit. expen. l. si à patre §. fin. de petit. hæredit. l.4.l.cum hæreditatis §. postquam, C. eodem l.hæres in princ. l. si quid §. sicut autem ff.eod.l.sin autem, §. in re petita, l. sumptus, ibi, verum exceptione, ff.de rei vendic.l.si quis sciens, in fin. C.eod.tit.l.emptor ff.eod.l.4. §.si minor ff. de doli mal. except.l. in rem §. in omnibus ff.de rei vendic.facit text. in §.ex diuerso in §.qua ratione, ibi, cæterum sicut in §. vnde in §.litteræ, ibi, sed si à Titio in l. cum vir ff. de

doli

Digitized by Google

doli mal.except.in l.ſi in aria,C.de rei vendic.in l.ſi quis ſciens,in fine eod.tit. in l.ſicut is in princ.& in §.literæ ff. de acqu. rerum domin. (Et ex his etiam apparet in reſtitutione poſſeſſionis, deducendas eſſe impenſas, & meliorationes.) Et hoc quamuis malæ fidei poſſeſſor ſumptus fecerit,l. ſi à patre §. fin. cum duabus ll. ſequ. ff. de petit.hæred.& vt infra dicam. Item quamuis ſumptus inutiliter facti ſint, nullis perceptis fructibus, l. quòd ſi ſumptum ff. de petit. hæredit. Tertio quamuis hæreditas ſit reſtituta ſumptibus non deductis l. hæreditas,ibi,aut actione ff. eod.titu. Quarto quamuis filio à patre poſſeſſore hæreditatem petente, pater eos ſumptus quos in honorem filij fecit, deducere velit l.ſi.eo.tit.Quinto amplia quamuis pro parte tantum hæreditas euincatur l.ſorori §.fin. ff.de petit.hęred. Sunt igitur deducendæ expenſæ. Niſi malæ fidei poſſeſſor ſit, qui illas fecit, l.adeo quidem §.ex diuerſo, ff. de acquir.rerum domin.l. domum C. de rei vendic.l.ſecunda,ibi quod ſi ante, C.de ſeruit.l.Iulianus libro §. 1. ff.de rei vendic. l. quinta C. de edific. priuat.concord.§.ex diuerſo, Inſtit.de rerum diuiſion. Hic enim non deducēt,niſi neceſſaria impenſas fecerit d. l.domum,ibi,neceſſarios,quo caſu deducendæ ſunt,niſi ſur impenſas neceſſarias fecerit, hic enim nec neceſſarias quidem retinet l.prima C. de infantib. expoſi. Vtiles autem impenſas malæ fidei poſſeſſor retinere poteſt, ſi eas actor tolli non concedat, d l. domum,ibi,ſin autem vtiles. Secundo ſunt deducendæ expenſæ: niſi poſſeſſor ſeruum quem poſſidet erudiuit, huius enim artificij nomine,nihil poteſt deducere l. ſin autem §. fin. ff. de rei vendica. Niſi tamen actor ſeruum vendere voluerit l. niſi ſi venalem, ff de rei vendica. Vel niſi infantem expoſitum ſubſtulerit & erudit poſſeſſor l. 1.C.de infantib.expoſ.Vel niſi ante denunciatum ſit actori, vt impenſas ſolueret l.aut ſi ante, ff. de rei vend. quibus caſibus deducet,Quemadmodum quarto deducet ſi poſſeſſor fructus percepit ex artificio, quod ſeruum docuit, tunc enim ſi fructus illos actor petat, poſſeſſor impenſas artificij poteſt compenſare l.cæterum in fin.cum l.ſequen. ff. de rei vendica. Tertio ſunt deducendæ expenſæ niſi actor pauper ſit, vt ſi ſumptus reddere cogatur, re ſua ſit cariturus l. in fundo alieno ff. de rei vendicat. tunc enim ad reſtituendas impenſas compelli non debet. Niſi tamen dominus rem receptam,mox ſit venditurus d.l. in fundo, §. fin. quia tunc reficiendæ eſſent impenſæ.Quarto ſunt deducendæ impenſæ. Niſi actor tolli concedat opus illud,in quod reus fecit impēſas, l.fin autem §. in re petita,ibi, ideſt etiam ff.de rei vend.Quinto limita,niſi poſſeſſor rem reſtituit non oppoſita exceptione impenſarum l. ſumptus ff. de rei vend.l.Pauſus reſpondit ff.de doli mal.excep. l.ſi in aria ff.de condict. indebit. Beneuerum eſt, quòd ſi ſciente, & patiente domino ſint factæ alterius rei actione inſtituta, per replicationem ſumptus recuperantur, & pone exemplum in l 5. §.ſi donaui, ff.de dol.mal. excep. Sexto limita,niſi poſſeſſor ex fructibus tantum percepit, quantum impendit, quo caſu admittitur compenſatio l. ſumptus in prædium, ibi, ſcilicet ſi fructum ff. de rei vend.concord.tex. in l.emptor ibi ſcilicet eo.tit. Octauo limita, niſi res impenſis poſſeſſoris non ſit melior facta d.l.ſumptus in fi.ibi. meliore prædio facto. Nono limita,niſi donationis cauſa impenſas fecerit l. qui alienum, ff.de don. Decimo limita,niſi non neceſſarij neque vtiles ſumptus ſint facti,ſed voluptarij l.vtiles ff.de pet.hæred. (vbi habetur qui dicantur vtiles) tunc enim non ſunt compenſandi,niſi tamen

Digitized by Google

tamē benæfidei poſſeſſor voluptarias impenſas fecerit, d.l. vtiles, §. videamus. Vel niſi actor non vult pati ea quæ voluptariæ poſſeſſor impendit, tollere vt ibid. ibi, vt tamen poteſtate. Vel niſi ex voluntate defuncti voluptariæ impenſæ ſint factæ, l. hæreditas, ff. de petit. hære. & hæc dixiſſe ſufficiāt circa fructuum petitionem, videamus modo circa intereſſe ad qđ ſi reus non fecit quod facere debebat condemnandus eſt, l. cum ſtipulatus ſum mihi, §. cum venderet, l. ſi fundū, certo die, l. ſi quis ſtipulatus ſit. §. fin. l. ſtipulationes nō diuidūtur, in princ. ibi, Celſus tamen, l. ſi pęnam, in fin. l. quoties quis alium, l. ita quis promiſerat, §. ea lege, ff. de verb. obliga. l. ſi. ff. ſi quis in ius voca. non ierit, cōcor. text. in l. ſi quis ab alio, §. fin. ff. de re
13 iudic. Et ad quod reus ratione contumaciæ & moræ factæ in non ſoluēdo ſortem tenetur (licet quid vſurarum nomine ſiue intereſſe non fuerit promiſſum) l. cum quidam, §. quid enim ibi. vſuræ enim, & §. ex locato, ff. de vſur. concor. text. in l. Lucius Titius, ff. depo. l. in bonæfidei, C. de vſur. l. 2. C. depoſi. l. quæro, in princ. ff. locat. l. pupilli, §. fin. cum l. ſeq. ff. de
14 neg. geſt. Et hoc etiam iure canonico, gl. in l. 2. in verb. tradita eſt, C. de vſur. vbi bona additio. Sed an quis ſemper ratione morę teneatur ad in-
15 tereſſe. Reſpond. quod non. Et ideo primo limita, niſi nō ſit interpellatus debitor vt ſoluat, l. mora, in princ. ff. de vſuris, quo caſu non debetur, niſi non fuerit q̄ interpellari poterit, l. 2. ff. de nautic. fænor. l. ſed & ſi Reipub. in fin. ff. de vſur. Vel niſi creditor, minor annis fuerit, l. 3. C. in quib. caſib. reſti in integ. non eſt neceſſ. Vel niſi certum tempus ſolutioni fuerit conſtitutum, l. magnam, C. de contrah. & com ſtip. Vel niſi non ex mora, ſed ex ſtipulatu vſuræ ſiue intereſſe petatur, l. pecuniæ, §. vſurarum, ff. de vſur. Vel niſi Fiſco, alijſq; perſonis quid debeatur quibus ipſo iure currunt vſurę de
16 quibus infra nu. 30. Secundo limita, niſi pœnalis ſit actio, quo caſu morę non conſtituitur, l. 1. C. fiſcalib. vſur. Niſi in contractu deſcendat, l. fin. C.
17 de magiſt. conuen. Tertio limita, niſi ex adminiſtratione reliquatus ſit debitor. l. conſtitutionib. ff. ad municip.
18 Quarto limita, niſi debitor poſtquam interpellatus eſt poteſtatē ſui faciat, & omiſſa eſt repetendi debiti inſtantia, d. l. mora, §. & non ſufficit, ff. de
19 vſur. Quinto limita, niſi debitor ex iuſta cauſa dilationem petat, l. ſcien-
20 dum, cum l. ſeq. ff. eod. Sexto limita, niſi debitor interpellatus ad iudiciū prouocet, l. ſi quis ſolutioni, l. pen. ff. eod qui ſine dolo. ff. de regul. iur. quo etiam caſu interpellatio nō cōſtituit reum in mora, Niſi dolo malo ad iudicium prouocet, d. l qui ſine. Vel niſi iniuſtè ad iudicium prouocet, d. l. ſi
21 quis ſolutioni ibi, vtique. Septimo limita, niſi interpellatus ab eſſe Reipu. cā cæperit, vel in vinculis hoſtiūque poteſtate eſſe, l. ſed & ſi ff. de vſur.
22 Octauo limita, niſi nemo ſit cui ſolua tur, l. pecuniæ, ibi, nec inutilis, l. cum
23 quidam §. pupillo. ff. eod. Nono limita, niſi ſors propter exceptionē peti non poſſit, l. lecta. §. fin. ff. ſi cer. petat. l. ſi pupillo, ff. de verb. oblig. l. ſciēdū, §. fin. ff. de vſur. l. Sceuola, ff. de pact. l. eos, C. de vſur. l. nulla. ff. de reg. iur. Non enim in mora eſt is à quo propter exceptionem pecunia peti non poteſt, niſi dies vſurarū venerit, ante quam exceptio contra ſortem cōpetere cæperit d. l. eos. Vel niſi in parte tantum obſtet exceptio. hoc enim caſu, in altera parte, mora conringit, l.
24 qui ſolidū in ptinc. ff. de leg. 2. Decimo limita, niſi Fiſcus morā fecerit, l. cum quidam, §. Fiſcus, ff. de vſur. Vn-
25 decimo debentur vſuræ ex mora, niſi tamen non opportuno loco interpellatus ſit debitor d. l. mora. in princ. Et

Digitized by Google

vide Barto. in l. cum filius, §. fin. ff. de verb. oblig. an interpellatio facta in incongruo loco ad locum congruum
26 constituat debitorem in mora. Duodecimo limita, nisi non reus conuentus, sed alius interpellatus morã fecerit, & pone exemplum in interpellatione facta seruo debitoris, d l. mora § non sufficit Item pone exemplũ in patre, & filio moram faciente. d. l. mora §. quid ergo Item pone exemplum in duobus reis promittẽdi, quo etiam casu alterius mora, alteri non nocet, d. l mora §. sed si duo, cui concor. text in l. in condemnatione, ibi, vnicuiq; ff de reg. iur. Item pone exẽplum in fideiussore interpellato moram faciente, d l mora § si fideiussor, huius enim mora, non nocet, secus autem si principalis debitor interpellatus fuerit, tunc enim interpellatio facta debitori, fideiussori quoque nocet, l. si quis solutioni, §. 1. ff. de vsur.
27 Decimotertio limita, nisi interpellatus qui moram fecit, non suo, sed alieno nomine teneatur exemplo patris d. l. mora §. quid ergo, & §. fin. vbi exẽplo etiam fideiussoris quamquam ibi,
28 dicatur, vtili actione teneri. Decimoquarto limita, nisi non creditor, sed alius, debitorem interpellauit, tunc enim ipso iure non debetur interesse ex mora. Nisi interpellãs creditoris nomine interpellauerit, d. l. si quis solutioni § mora ff. de vsur concor tex in l cum patrifamilias, ff eod.
29 Quid autem si creditor dixerit debitori, ego egerem illa pecunia an per hoc videatur interpellasse debitorem ita quod constituat eum in mora? vide Bart in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit, ff. de acqnir. hæred. & in l etiam hoc modo, ff de leg. pri.
30 Et vide text in d. l mora. in rpin ff de vsuris: qđ relinquitur arbitrio iudicis, moram esse commissam Et hæc dixisse sufficiat circa hunc articulum. Recolo me dixisse vsuras (quæ loco interesse succedũt) deberi sine interpellatione ex mora, quando ipso iure
31 debentur. Igitur quibus debeantur sciendum est. Et in primis debentur Fisco sine interpellatione (licet disciplinaturis, vsuras ipso iure deberi nõ admittat, vt ĩl pignoribus, C. de vsur. in l. Titius, ibi, respõdi. ff. de præscrip. verb. in l cum quidam, §. ex locato ff. de vsuris) d l. cum quidam, §. Fiscus. Item vsuræ ipso iure debentur ei qui à Fisco comparauit, l. Hærennius, ff. eod. itẽ lite contestata ipso iure vsuras currere, voluit tex. in l. lite, ff de vsur. nisi in illis quatuordecim casibus proximè notatis. Præterea ipso iure currunt vsuræ, si longo tempore præstitæ fuerint, l dum de in rem verso ff. eod. Item pignore dato, ipso iure currunt l. cum debitor ff ex quib. caus. pign. Debentur etiam ipso iure vsuræ sententia iudicis, l 1. C. de senten. quæ sine cer quantit profer. cui contra dicit text in l. 1. §. nec tamen, ff. de vsur sed approbatur per text. l. in bonæfidei. in fin. C. de vsur Tutor Etiã ipso iure vsuras debet donec tutela restituatur, l 1. §. circa tutelæ, ff. de vsur. Item sententia lata, si intra quatuor menses, iudicatum non fiat, ipso quidem iure, vsuræ currere incipiunt, l. 1. cum duob. ll seq. C. de vsur. rei iudic. Socius etiam vel alius qui ideo condemnandus est, quod pecunias communes in suos vsus conuertit ipso iure vsuras debet. Prout & negociorum gestor, eius cuius negocia gerit, si pecuniam inuaserit, vel in suos vsus conuerterit, l. 1. ff de vsur. concor. text. in l. qui sine, § sed quas vsuras, ff. de negot gest. Præterea emptor post rem traditã ad vsuras præcij ipso iure tenetur, l. 2. C. de vsur. l. Iulianus, § ex vendito ff. de act. emp. cõcor. tex. in l. curabit, C. de act emp. l. initio, C. de pac. inter empt. & vẽd. l. liberalitatis, § cum vsurę, ff. de vsur. Quamuis precaria tradita sit possessio,

Digitized by Google

do, d.l. Iulian. §. possessionē. Vnū volo vt scias quòd licet vsuræ siue interesse debeatur in omnibus casibus vt supra, tamen hoc fallit pluribus modis. Primo si creditor diu vsuras non petijsset, l. cum quidā, §. Diuus Pius, ff. de vsur. & ibidem gl. declarat. Secundo fallit si compensationis exceptio fortis petitioni obstaret l. cū alter alteri, cum l. seq. ff. de compensatio. l. 4. & 5. C. eod l. eius, C. de solu. Tertio fallit si nouatio facta fuisset, l. nouatione, l. emptor, ff. de nouat. l. 3. ibi, si enim nouatur, C. de vsur. rei iu dic. Quarto fallit si debitor sortē obtuluisset, & per creditorē stetisset, quo minus sors ei soluta fuisset, l. creditrici. Ç. de vsur. l. debitor. ff. eodā, quo quidem casu ex eo die ratio vsurarū habenda non est: nisi non totum debitum oblatum, fuisset, l. tutor, §. 1 ff. de vsur. tunc enim non liberatur offerens. Nisi inter contrahentes id actum fuisset, vt in partem soluatur, d. §. 1. ibi, si non hoc, exemplo, l. lecta, ff. si cert. peta. Vel nisi debitum non esse liquidum, tunc enim partis oblatio exonerat, ab eius partis vsuris, l. quidam existimauerunt, ff. eodem, tit. Sed an sufficiat verbalis oblatio vt non currant vsuræ? Resp. quod non, l. acceptam, C. de vsur. l. obsignatione, C de solu. Nisi tamen vsuræ nondum cæperint currere, quo casu ne currant verbalis oblatio sufficit, l. si per te, C. de vsur. & ita intelligo cō muniter dictum per Doctor. in l. qui Romæ, ff de verb. oblig. dicentes, sufficere verbalem oblationem, ne currant vsuræ. Cæterum si vis vt oblatio hæc non liberet debitorem ab vsuris, vide pulcram cautelam Bart. in l. creditor, in fin. ff. de distrīct. pigno. dicentis, quod quando debitor dicit ego sum paratus soluere, quòd creditor dicat, & ego sum paratus recipere, tunc enim illo non actualiter soluente, talis oblatio non sufficeret, & sic pro verbis verba reportet, & non excusaretur à futuris vsuris. Quam cautelam refert & sequitur pro valde notabil. Gerar. sing. 92. Incip. an & quando sola oblatio.

ADDITAMENTA Caroli Grimaldi V. I. D. Ad num. 1. huius cap. quinti.

FRuctus enim in specie peti debent l. 4. vbi glos. in verbo exceptione C. de posit. in quo distingue quod aut conuentus ante oblationem libelli fructus percepit aut post libelli oblationem, primo casu restituere non tenetur nisi in spetie petiti fuerint, secundo casu quamuis petiti non fuerint ad huc restituere debet ita est text. in l. Partum, ff. de vsur. eos vbi glos. in verbo superuacuum C. eod. verum si iudex vtitur verbo restituere intelligitur etiam de fructibus pro quo vide notata per Bald in rub. C. de fruct. & lit. expens. Ad numerum tertium prædicti cap.

Mentionem facit hic author nostet de fructibus naturalibus, & industrialibus, & vt nihil antiquitatis penitus ignoretur, §. 1. Instit. de test am. dico quod primi fructus in mūdo fuerunt fructus naturales, q solo verbo Dei, sine cultura, cuiusq; & cura, sed spōte, & nullo cogente nascebantur, vt Moyses Genes primo testatur his verbis. Vidit Deus quod esset valde bonum, & ait germinet terra herbā virentem, & facientem semen lignumq; pomiferum faciēs fructum, iuxta genes suum cuius semē in semetipso sit super terram, & factum ita, & protulit terra herbam virentem, facientem semen. Iusta genus suum lignumque faciens fructū, & habēs vnumquodq; semen secundum speciem suam, sed post quā neglecto Dei præcepto primus

Digitized by Google

mus parens de arbore vetito, comedit tunc demum fructus suos, vt antea solebat terra sua spõte producere desijt, vt Moyses Genes. 3. refert Dominũ Deũ ipsi Adam sic domitatũ fuisse quia audisti vocem vxoris tuæ & comedisti de ligno de quo præcepe rã tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas, & tribulos germinabit tibi? & comedes herbas terræ: In sudore vultis tui, vescris pane, hic I. C. Duas spetics fructuum posuit in l. fructus la prima, ff. de vsur. qui aut sunt naturales, aut industriales, naturales qui non ex facto hominum, sed natura ipsa proueniunt; Industriales, qui ex facto & operis hominum proueniunt: Doctores, & in spetie Bal. in l. 1. C. de fruct. & lit. expens. Adduxit tertiam spetiem quæ dicitur fructuum ciuiliũ qui percipiuntur ex locatione & alijs similibus & sic intelliges, quæ dicit hic author. Ad nu. 12 prædicti cap.

Ampliando dictum authoris regulam generalẽ facio quod omnis possessor siue sit bonæfidei, siue malæfidei, ac etiam predio, deducit expensas factas causa recolligẽdorum fructuũ ac conseruandorum text. est. in l. si à patre, §. fructus, ff. de petit. hæred. & l. fundus qui. ff. fam. hærcis. Bart. in l. in fundo nume. 5. ff. de rei vendic. & Iacob. Menoch. in remed 15. recuperand. poss. num. 500. vbi ampliat, & limitat hãc regulam hinc fit quod pro impensis prædictis datur retentio cuicunque possessori Cyn. inl. domum num. 3. vers. Aut factæ sunt. C. de rei vend. & text. in d. §. fructus.

Ad numerum trigesimum primum prædicti cap.

Nota quod propter morã interesse non debetur quando quis tuetur exceptio compensationis text. & ibi glos. in l. si constat in verbo ipso iure. C. de Compensa. & ibi Cyn. Alber. Ang. Bald. & Salic. glos. in l. si quidẽ. à fideiussore in verbo eligere, ff. de compensat. tex. cum glos. & ibi Bart. & doct. omnes in l. qui inuicem, ff. de condi. indebit.

Verbalis oblatio non sufficit, vbi facto opus est ad hoc ne currant vsuræ l. fin, ad fin. ff. ad silla. glos. in cap. quamquam in versicu. denegatur de vsur. in 6. Socc. consil. 159. numer. 2. lib. 1.

CAPITIS SEXTI SVMMARIVM.

1 *Sententia lata exequi debet alias frustra, & c. nu.* 1.

2 *Nisi tamen ab ea fuerit appellatum, & quando non obstante appellatione exequi potest, nu.* 2.

3 *Item nisi restitutio aduersus sententiam per Rempublicam, vel per minorem, &c. num.* 3.

4 *Vel nisi discussio inuentarij fuit oppposita, num.* 4.

5 *Vel nisi in duplum ob euictionem condemnatus, &c. nu.* 5.

6 *Vel nisi nouatio, vel noua conuentio allegetur, nu.* 6.

7 *Vel exceptio quod quis non tenetur vltra quam &c. numero* 7.

8 *Vel compensationis, num.* 8.

9 *Vel nisi de nullitate fuerit dictum.*

10 *Vel meliorationes non fuerint solutæ, num.* 10.

11 *Vel nisi illiquida sit sententia.*

12 *Li-*

Digitized by Google

12 *Libellus & practica in liquidatione, num.* 12.
13 *Intereſſe ad quam rationem liquidari debet, num.* 13.
14 *Intereſſe, intereſſe quando debetur & quando fructuum, num,* 14.
15 *Pretium rei cuius temporis ſit liquidandum ſi res, &c. nu.* 15
16 *Qui fructus & quomodo meliorationes liquidari debent. nu.* 16.

1 SEntentia lata debitè exequutioni demandari debet iuxta ipſius ſeriem continentiam & tenorem alias fruſtra ſententia, ſi ſuum non ſortiretur effectum. Eſt igitur exequenda ſententia iuxta ipſius ſeriem continentiam, & tenorem; niſi tamen (Primo limita) per procuratorem (prout tenetur, vt in l. inuitus, ff. de procurat.). fuerit appellatum. Appellatione enim pendente nil innouandum eſſe, voluit text. in l. vnic. ff. nil innoua. appel. penden. l. 3. C. quando prouoca. non eſt neceſſ. cap non ſolum, de appella. lib. 6. Niſi tamen (ſublimita primo) appellationem interpoſitam, intra legitimum tempus non inchoauerit appellans, aut appellationem non exercuerit. vel deſeruerit, l. cum anterioribus, §. illud etiam, l. §. fin. C. de tempo. & repa. appel. l. 2. § fin C. quando prouoca. nō eſt neceſſ. l ſi contra, l. quoniam nonnulli. C. de appel. Non enim ſufficit appellationē inſtituere eamq; inchoare, & introducere, niſi appellans appellationis cauſam proſequatur, & finiat, d. §. illud etiam. Et ideo ſcias, quod lata ſenteutia, per dominū cauſæ commiſſar. infra decem dies à die notificationis illius appellari debet, vt in Auth. hodie, C. de appellat &c. (licet olim debebat appellari intrabi duum, in propria cauſa, & intra tribiduum in aliena, vt in l eos, §. penult. C. de appellat. l. 1. §. in propria, ff. quando appellan. vbi etiam habetur, quæ dicebatur propria, & quæ aliena cauſa, & concord. l. 2. eod. titu. & l. qui ſuſpectum, & l. 3. ff. quando appellan.) Qua appellatione interpoſita debet libellum appellationis interpoſitæ, ad iudicem ad quem præſentare, cuius tenor talis eſt, cum appellatur à ſententia mag. cur. ad Sacr. Reg. conſil.

Sac. Regiæ Maieſtati.

Supplicat humiliter N. N. dicens diffinitiua ſententia mediante fuiſſe condemnatum ad dandum & ſoluendum N. N. ducatos 200. vna cum intereſſe: (Vel ad relaxandum quandam domum in actis deductam, vna cum fructibus) à qua ſententia vti grauatus, cum Reuer. appellauit ad M. V. prout per præſentem appellat. Et intendens dictam cauſam apppellationis in veſtro Sac. conſil. proſequi, vt eius indemnitati prouideri poſſit, ſupplicat M. V. dignetur dictam cauſam appellationis committere vni ex dominis, conſiliarijs, qui in prædictis, quolibetque prædictorum ius & iuſtitiam faciat, omni modo meliori, vt Deus &c. Et commiſſa cauſa, expediri debent prouiſiones inhibitoriales pro actis tranſmittendis à iudice à quo ad iudicem ad quem, & acta tranſmitti & præſentari infra dies quinquaginta a die notificationis ſententiæ numerandos, vt in Conſtitut. Reg. appellationum tempora, qua copia præſentata habet annum pars appellans ad proſequendam, & fruendam appellationem connumerandum à die interpoſitæ appellationis, vt in d. §. illud etiam.

Digitized by Google

(Qui annus dicatur primum fatale) quo elapso confirmatur sententia, nisi tamen ex iusta, & ineuitabili causa ad finem produci nonpotuisset, quo casu datur biennium, d. §. illud etiam, & hoc dicitur secundum fatale (qđ si labatur, cõfirmatur sententia. Quauis ex causa in euitabili ad finẽ produci non potuisset, d. §. illud etiã ibi, nisi ipse appellator. Quod nota circa fatalia, quæ etiam de iure Regni nostri Sunt seruanda in Sac. Reg. cõs. circa reclamationes, vt in prag. 54. de offic. Sac. consil. Planè scias quòd nõ ipso tẽpore decurso confirmatur sentẽtia à qua est appellatum, sed iudex debet de actis iudicare, & ita sententiam dictam, vel absente appellatore confirmare, vel etiam (si videbitur) infirmare, vt in §. ĩ omnibus, in Auth. de ijs qui ingred. ad app. & in Auth. ei qui. C. de tempo. repara. app. Sed quid faciendum si pars quæ obtinuit literas inhibitoriales à iudice ad quẽ (quarum vigore, iudex à quo non potest ad vlteriora procedere ex quauis causa,) copiam actorum non præsentauerit intra supradictos dies 50. Respondeo quod debet comparere coram dicto iudice ad quem; pars appellata & præsentare copiam sententiæ cum insertione appellationis interpositæ, literarumq; inhibitorialiũ, & instare appellationem interpositã de sertam declarari, & si casus euenerit, ita formabis libellum in Sac. consil. In Sac. Regio consilio, & coram dño T. Regio consiliario & causæ cõmissario comparet N. N. dicens qđ dum per mag. cur. Vicariæ, fuisset diffinitiua sententia mediante condemnatus N. N. ad dandum & soluendum ipsi comparenti ducatos 200. vnà cũ interesse (vel ad relaxandum vnà cum fructibus quandam domum) ex causis vt in actis fuit pro parte dicti T. appellatum ad idem Sac. Regiũ cons. per quod fuit inhibitum in forma. Et quia dictus, T. non aliter procurauit dictam copiam præsentare, & frustra proferreretur sententia si suũ nõ sortireretur effectum. Instat proinde appellationem ipsam desertam declarari, rescribique iudici à quo, vt suã exequatur sententiam, literis inhibitorialibus non obstantibus, omni modo meliori. Quo libello præsentato citandus est reus ad dicendũ causam quare appellatio non debeat declarari deserta, & si iustam causam nõ allegat, declaratur appellatio deserta facto verbo, & rescribitur, iudici à quo vt suam exequatur sententiam. Nolo omittere quod si copia processus præsentetur post prædictos dies quinquaginta, quod ex equitate reuidetur cã ex eisdem actis, & ita practica seruat Sac. Reg. consil. & mag. cur. Vicariæ. Secundo sublimita quod appellatione pendente, &c. Nisi non competẽs iudex appellatus sit, & pone exemplum in l. 1. §. si quis in appellatione, ff. de appell. tunc enim nõ esset supersedendum. Tertio sublimita, nisi non iusto tempore fuerit appellatum, l. 2. in princ. C. de his qui prop. mæt. idest intra dictos decem dies quo casu non retardatur exequutio. Quamuis miles fuerit qui iusto tempore non appellauerit. l. qui suspectum, §. militibus, ff. de appell. Item quamuis metu iudicis non appellauerit. l. 1. 2. C. de his prop. met. Quarto sublimita, nisi alius appellauit non ipse qui iudicati actione conuenitur, tunc enim appellatio nõ releuat. l. si qui separatim, ff. de appel. in princ. Nisi tamen cã communis sit, l. 1. l. 2. C. si vn. ex plurib. d. l. si qui separatim, §. sed cum aduersus, tunc enim esset supersedendum, nisi diuersæ fuerint causæ, defensionis, d. l. si qui separatim, §. quod est re scriptũ. Quinto sublimita, nisi in alia causa. & alia sentẽtia sit appellatum, l. cum in vna, in princ. ff. eodem. Sexto sublimita. nisi à sententia Baronum

ad

Digitized by Google

ad magnam curiam Vicariæ d. 12. infra appelletur, tunc enim appellatio nō retardaret exequtionem, vt in rit. mag. cur. incip. Item in causis duarum vnciarum, cum cautione. Nisi tamen de nullitate fuerit dictum argu. text. prag. 2. de appell. Vel nisi criminaliter fuerit condemnatus appellans, vt puta pro furto, & ad soluendum parti quærulanti ducatos 12. furto subtractatos, vt per Carau in d. rit. vbi intelligit illum ritum procedere in dictis ducatis duodecim in principale. Et ideo si sententia Baronis condemnaret aliquem ad duc. duodecim vna cum expensis, quibus connumeratis excedere summam dictarum duarum vntiarum, nō impediretur exequutio pendente appellatione, & ita seruari in practica refert, & sic econtra, si ēt cum expensis sententia Baronis non excederet summam dictarum duarum vntiarum, quia non esset exequendū, nisi pro capitale, & non pro expensis pendente appellatione. Septimo sublimita, nisi à sentētia Reg. audientiarum appelletur, non excedente summam, de qua in prag. 7. §. noi vogliamo, de off. Sac. Reg. consil. Nisi de nullitate fuerit dictum, vel nisi in capitibus proximè dictis, quando appellatur à sententia Baronum, &c. Octauo sublimita, nisi à sententia magnæ curiæ ad ipsum Sac. cons. appelletur, nō excedente summam ducator. 150. quo etiam casu non obstante appellatione exequi debet cum cautione, vt in prag. 3. de offic. Sac. cons. nisi de nullitate fuerit dictum, vt supra diximus in sententia Baronum. Nono sublimita, nisi à sententia Sac. Reg. consilij reclametur, quia ea non obstante cum cautione exequitur, Afflic. deci. 231. Quinimo in causa reclamationis non potest procedi nisi habita prius reali exequutione. Planè scias qđ si per sententiam Baronis, vel Regiarū audiētiarum, vel magnæ curiæ Vicariæ excedentem summā (vt supra) esset præstita assistentia, quod eo casu non retardatur exequutio, cum cautione, vt in pract. 2. de appellat. nisi de nullitate ipsius dictum fuerit, quia tūc supersedetur ēt si fuerit sententia Sac. Reg. consil. Decimo sublimita, nisi à sententia arbitri appelletur, l. 1. C. de recep. arbit. l. non distinguemus, §. cū quidam, in fin. ff. eod. cui stari debet siue æqua, siue iniqua sit sententia. L. diem proferre, §. stari. ff eod. tit. Nisi tamen lege cogente arbitrer sit sumptus, exemplo. l cum specialis, in fin. C. de iudic. & exemplo. l. arbitro. ff. qui sat. cog. cui concord. l. 2. ff. à quib. appel. non lic. & videas. tex. in prag. 2. de arbit. Vndecimo, nisi à sentētia procerum Sacri Palatij appelletur, l. iubemus, §. fin. & l. seq. C. de appell. Duodecimo, nisi à sententia syndicatus cōtra officialem ob male gestum officium appellerur, quia non obstāte appellatione exequitur cum cautione, l. 3. C. quor. appel. non recip. facit text. in prag. 1. de syndic. official. Decimotertio sublimita, nisi ab exequutione appelletur, vt in l. 4. in prin. ff. de appell. & vt ibi. & vide Gabriel lib. 2. com. opin. in tit. de appel. concluſ. 4. Decimoquarto, nisi res dilationem non recipiat, l. fi. ff. de appell. recip. Decimoquinto nisi testamentum aperiatur appelletur, d. l. fin. cui concor. l. quisquis, C. quor. app. Decimosexto, nisi contra id quod perpetuo edicto decretum est appelletur, d. l. fin. in fin. Decimoseptimo sublimita, nisi in causa Fisci vel fiscalium functionum appelletur, l. 4. l. & publicarum, C. quor. app. non recip. Decimooctauo à decimis & tributis, cap. tua nobis, de decim. Feder. de Sen. consil. incip. Laicus de prædio. Doctor. in l. abstinēdum, C. quor. app. Decimonono nisi victor. appellet ab expensis litis, à quibus victus fuit absolutus, l. fin. C. quando prouoc. non est necess.

Digitized by Google

& vt ibi. Vigesimo, nisi non à diffinitiua, sed ab interlocutoria sententia fuerit appellatum, l. ante, C. quor. app. l. eos, §. super his, C. de app. l. 4. ff. app. recip. tunc enim appellatio non permittitur nisi interlocutoria vim haberet diffinitiuæ sententiæ, & ita hodie est in vsu, & in ore aduocatorum. Vel nisi à comminata tortura appelletur, l. 2. ff. de appel. Vel nisi fideiussores idonei, vel nõ idonei pronũciati sint, l. arbitrio, ff. qui satis, l. 2. ff. à quib. appel. non lic. & hoc de iure ciuili secus de iure canonico, per qđ admittitur appellatio ab interlocutoria. Vigesimo primo sublimita, nisi iureiurando delato iuratum sit, vel non sit & exinde sententia lata, quo etiam casu denegatur appellatio ad impediendã executionem contra pronunciatum arg. tex. l. nam postea, §. 1. & l. remittit, ff. de iureiuran. Nisi deferẽte iudice in litem sit iuratũ, l. creditor, §. 1. de appel. secus autem si à patre, nisi pupillus fuerit. l. iurisiurandi, ff. de iureiur. Vigesimo secundo sublimita, nisi iudex ita datus sit ne ab eo appelletur, l. 1. §. fin. & vt ibi ff. à quib. appel. nõ lic. Vigesimo tertio, nisi appellans antea professus sit se non pronuocaturum, d. l. 1. §. si quis. Vigesimo quarto, nisi contumax appellet, l. & post edictum, §. fi. ff. de iudic. l. ex cõsensu, §. fi. ff. de appel. l. 1. & 4. C. quor. app. quo casu nõ est admittendus, nisi tamen absens postquã statim pronunciatum est, adsit, l. si citatus in prin. ff. de integ. resti. Vigesimo quinto, nisi appellans antea dilationem ad soluẽdum petierit, vel alio modo sententiæ adquieuit, l. 1. C. de re iudic. l. tale pactum §. 1. ff. de pact. tunc enim censetur renũciasse appellationi Gabriel, lib. 2. com. opin. in titu. de appel. conclus. 3. vbi ampliat & limitat. Vigesimo sexto sublimita, quod appellatione pẽdente, &c. nisi in causa momẽtaneæ possessionis fuerit appellatum, l. vnic. C. si de momen. possess. Vigesimo septimo sublimita, nisi appellans sine hærede decesserit. l. vnic. in princ. C. si pẽden. app. mors interue. Vigesimo octauo sublimita, nisi bis antea fuerit appellatum, l. vnic. C. ne lic. ter. prouoca. in vna &c. Post enim tres sententias cõformes statim fit exequutio, etiam si non fuerint omnino conformes, nam saltem in eo quod sunt cõformes, mittuntur exequutioni. Socc. Iun. consil. 45. lib. 1. Dec. consil. 385. Aymon. cons. 83. Alex. cons. 77. 2. lib. & vide Gabriel. d. lib. 2. com. opin. in tit. de appel. an à sententia. Principis appelletur concluſ. 1. Et concluſ. 2. an appellator redeundo iudici à quo censeatur renunciasse appellationi. Ceteros autem casus in quibus non obstante appellatione potest exequi videas per Maran. in sua pract. Secũdo exequenda est sententia nisi restitutio in integrum aduersus illam per Rempublicã vel minorem fuerit petita, vt de Repub. est text. in l. 1. C. de off. eius. Hoc enim remedium vice appellationis competit, nisi tamen pro libertate sit iudicatum, l. illud sciendũ, ff. de appell. Et de minore est tex. in l. præses, ff. de appel. & in l. 1. & C. si aduer. rem iud. Quæ iura in minore statuta ampliabis procedere, quam uis à præfecto prætorio sententia sit, d. l. præfecti, ff. de minorib. Et sublimitabis nisi à Principe sententia sit, d. l. minor autẽ magistratus. §. 1. ff. de minorib. Vel nisi contra alium qui minorẽ in iudicio defendit sententia sit, d. l. eum, ff. eod. tit. quo etiam casu nõ suspenditur, nisi mãdatu minoris alius defensionem suscepit, l. cum mãdatu, §. si autem ipse, ff. eod. tit. Vel nisi ex necessitate cõdemnatus, minoris defensionẽ suscepit, l. fin. C. si aduers. rẽ iudic. Tertio exequenda est sententia iuxta ipsius seriem & tenorẽ, nisi tũ discussio inuẽtarij opponatur, tũc enim supersedetur durante discussio-

Digitized by Google

ne,& datur terminus super ea. Non enim iste tenetur vltra vires hæreditarias,l. fi. §.& si præfatam,C. de iu.delibe.si tamē legitimè fuerit confectū, vt in d.l.fi.alias insolidum tenetur,§.
5 si vero eiusdem legis. Quarto nisi in duplum ob euictionem condemnatus rem euictam cum eo quod interest offerrat,l.fideiussor euictionis,ff.de dolj mal.excep.tunc enim sententia non
6 esset exequenda. Quinto nisi nouatio facta sit, & ei cui quis condemnatus est,sit cautum,l.4.§. si ex conuentione,ff.de re iudic. l. 2.C.de exequu. rei iud. Vel,nisi noua conuentio allegetur,vt dictis iuribus.Planè scias qđ de iure Regni nostri,allegans nouam conuentionem ad impediendam exequutionem sententiæ, & eam nō probans punitur in duabus vntijs. Et ante sententiam quandocunq; post publicationē in vna vntia, vt prag.Cardin.Granuel.31. Sexto exequenda est
7 sententia iuxta sui seriem, &c. Nisi exceptio quòd quis non tenetur vltra quam facere potest allegetur, tunc enim deducto ne egeat exequi debet, de quo videas,quæ dixi supra in prin.
8 cap.num.30.& 31.Septimo limita, nisi exceptio compensationis allegetur,l.2.C. de compens.si tū in promptu probetur. Octauo exequenda est
9 sententia, nisi de nullitate fuerit dictum, quo casu dandus est terminus ad docendum de ea & ita practicatur Sed cum in Regno nostro dicentes de nullitate sententiæ Sac. Reg. consil. aliorumque regiorum tribunaljum huius Ciuitatis Neap. eamque non probātes puniatur pœna de qua in d.prag. 31. Card. & in prag. 5. de offic. Sacr. Reg.consil. §.quæ præsenti.Ideo quando sententia dicatur,nulla,videamus. Et primo dicatur nulla sententia, Si à non competente iudice lata fuerit,l. fin. C.si à non competen,iud.le. extra territorium,ff.de iurisd.om iudic.l.ex consensu,§.1.de appel.l.1.C. de pen.iud. qui mal. iudic.l.2.C.non comp.iud.l.nulli,C,de sen.l.si vt proponis,C.de exequ. rei iud.Secundo si non omnes iudicauerint, leg. duo ex tribus,ff de re iud.l.trib.ff.de recept. arb.l.4.C.quando prouoc.non est necess.l.2.ff.de decre.ab ord.sac.Nisi omnes præsentes fuerint,tunc enim quāuis non oēs consentiant, nihilominus maioris partis consensus valet, d.leg. duo ex tribus,ibi, sed si absit, concor. l.Pomponius, cum l.seq.ff.de re iudi. Et hac rōne sententiæ magnæ curiæ firmantur à duob.ex trib. iudicib. ibi residentibus,& aliter non intimantur In Sac.aūt consi.sententia firmatur solummodo manu relatoris.Et in causis minus duc.200.possunt cōsiliarij duo determinare,& duc. 200. tres debent esse ad minus,vt in prag. 41.§ præterea,& seq.de eo offic.Sac.consil.Tertio dicitur nulla, si contra fiscum sit iudicatum,l.vnic.C. de sent.contra fisc.lib.Non enim possunt ferri sentētiæ contra fiscum ipso in audito, vt in prag.36.in offic.Sac.consil.Quarto dicitur nulla,si contra Rempublicam in defensam, l. 2.C.de iure Reip.lib. Quinto si cōtra minorem annis sit iudicatum,l.acta,§.fin.de re iud.leg.1. C.quan.perso.leg.stan in iudic.nisi tamen authoritas tutoris interuenerit, tunc enim non diceretur nulla, nisi non cauerit &c.vt in l.in dubium, C. de tuto.qui satis non dedit. Sexto,si contra furiosum esset lata,l. furioso, ff.de re iudic.Septimo si contra defunctum,l.2.ff.quæ sent.sine app.l.sententijs.§.fi.ff. de re ind. Octauo si contra absentem,l.de vno quoque ff. eod. l.si prolusorio,§.fi.de appell.leg.ea quæ, C.qūo & qñ iud l.si fiscus, ff. de iure fisci,l 3.§. diuus Hadrianus, eod. tit. quo ét casu non valet, nisi absens citatus venire noluit,d.l.de vnoquoque §.qui apud,concor.l.consentaneum C.qūo & qñ iud.d.l. si prolusorio, §. fi.ibi,nisi aduersarius, tunc enim non esset

Digitized by Google

esset nulla, nisi absens adesse non potuisset, vt puta morbo impeditus &c. l.si prætor, in fin.ff.de iudic. l. cum nō voluntatis, C.quomodo & quādo iud. l.quæsitum est, ff. de re iudic. Vel nisi feriatis diebus absens vocatus sit, l.4. C.quomodo & quando iud. l.1.§.1.ff. de fer. Nono dicitur nulla, si de alia re, de qua iudex est datus, iudicatum sit, l.1.l.3.C.si à non competente iud. Nisi ad condemnandum iudex datus, absoluerit, l.3.ff.de re iud.l. nemo, ff. de reg.iud.l cum fideicommissum, ff. de confess. vbi distinguitur. Decimo, si de alia re, quam petita est sit lata, l. quamuis.C.de fideicom. liber cui con cor. videtur text.l.de qua re, ff.de re iud. Vndecimo si iudex terminos ac fines suæ iurisdictionis in ferenda sententia excesserit, l.fin.l. ff. iurisd,om. iud.l.certa ratione, C.quando prouo. non est nece. Duodecimo si sententia incerta sit & summa non expressa, l.3. l.4. C.de sent. quæ si cer. quant. profer.quo etiam casu nō valet, nisi summa non expressa aliunde constet, vt in d. l. & in l.2. eod. tit.concor.text. in l.in sententijs, & in l.5.§.fi.ff. de re iud. Decimotertio dicitur nulla, si neque absolutionem neq; cōdemnationem contineat, l.3. C.de sent.& inter loc.omn.iud.exemplo, l. ex stipulatione, eod. tit. Planè si alio verbo eandē vim habente, iudex vsus fuerit, valeret sententia, vt in d. l.in sententijs. Decimoquarto si non procur. sed dīs litis sit condemnatus, l. 1. C. de sent. Decimoquinto, si impossibile quid cō tineat sententia, l.3.ff.quæ sent.sine appell. Decimosexto si contra ll. vel constitutiones sit iudicatum, l. si expressim.ff.de appell.l.1. §. itē cum, ff. quæ sent.sine appel.2.l.5, C. qū prou. quo etiam casu non meretur exequutionem, nisi in casu, l.cum prolatis, ff. de re iud.& pone exemplum in l. præses, ff.eod.tit. Decimoseptimo dicitur nulla, si nullo iure nitatur, exemplo d.l.ex stipulatione, C.de sent.& inter loc. Decimooctauo si vsuras solui iussum sit, donec iudicatum solueretur, l.1.§.nec tamen, ff.de vsur. l. 1.C.de sent. quæ sine cert. quant. l. in bonæfidei, in fin. C. de vsur. Decimonono si iusiurandum iudex præstari iussit, non adiecto in quem finem sit præstādum l.cum iudex, C.de sent. & interlocut.om.iud. Vigesimo si sub conditione sententia sit lata, l.1.§.biduū, ibi, sanè quidem, ff. quando appell. Vigesimoprimo si falsus procurator interuenerit, l.1.C.quib. res iud non noc.l.licet, C.de procur. Vigesimosecundo si procurator, fines mandati excedat, l.si procurator ad vnam C.eod. Vigesimotertio, si Audocatus causæ præuaricatus fuerit, l.1. C. de aduoc. diuer.iud. Vigesimoquarto si ex falsis instrumentis, l.1.l.2.fin C. si. ex fal. instru. Et vide Socci. in c.super eo, de crim.fal.vbi dicit hanc esse cōmunem opinionem sequitur Vant. de nullit. proceff.fol.235.num.132.vbi limitat, Vigesimoquinto si ex falso testimonio, l.diuus Hadrianus, ff.de re iudic. quo etiam casu non erit exequenda sententia, si tamen probetur iudicem secutum fuisse falsi testimonij fidem, vel instrumenti, l.3.C. si ex fal.instru. Vigesimosexto, si iudex pecunia corruptus, sentētiam dedit, l. venales, C. quando prouoc, non est necess. Vigesimoseptimo si contra solitū iudiciorum ordinem sit pronūciatum, l. prolatam, C.de sent,& interloc. om. iud. & pone exemplum in l. 1. C. commu. epistol in l.4.in l.programma, in l.2. in l.iudex, in l. fin. eod.tit.in l.2.C.de iure fisc. lib. 10. Et vide omnino Carau.super rit.mag.cur.72. num.7. Vigesimooctauo dicitur nulla sententia si non publicè sit lata, ideſt sine lecta lata, l. eam sententiam, C. de sent. & interloc.omn.iudic. Et vide Vant. de nullit.fol.224. num. 88. vbi sententia tenet & valet licet non contineat illa verba

Digitized by Google

verba lata & lecta, &c. & esse communem opinionem. Vigesimonono dicitur nulla, si alibi sententia fit dicta, quam vbi se cogniturum dixit iudex, l. si vt proponis, C. quomodo & quando iud. Trigesimo, si dieb. feriatis sententia lata fit, l. 1. §. 1. l. sanè, l. 4. ff. de fer. l. 2. eod. quo casu etiam non valet, nisi partes ipsæ consentiant, d. l. sanè, cui concord. l. 1. §. 1. eod. tit. Trigesimoprimo dicitur nulla, si cum iudex ad tempus datus esset, vel certo tempore litem dirimere iussus, non intra illud tempus pronuntiauerit, l. cū non eo, C. quando prouo. non est necess. Qu id autem si consensu partium tempus fit prorogatum? videas text. in l. 2. §. si iudex, ff. de iud. Trigesimosecundo, si postquam fuit dicta aliquid statuitur, hoc. n. vim rei iudicatæ non habet, l. post sententiam, C. de sent. & interlocut. Trigesimotertio, sententia exequutionem non meretur, si is contra quem iudicatum est, ob vim sibi factam appellare non potuit, l. 2. in fin. C. de his qui prop. met. in fin. Trigesimoquarto, si tutore pupilli nomine condemnato, postea hæreditatē abstinuerit adoleuerit, vel mortuus fuerit, l. fi. ff. si quis caut. Trigesimoquinto, si postea pronunciatum fit iudicatum non esse, l. 1. in princi. ff. quæ sent. sine app. rescin. Trigesimosexto si condemnatus aliquo modo fit liberatus, l. 4. §. soluisse, ff de re iudi. & hoc quāuis intra tempus datum ad soluendū fit liberatus, l. intra dies, ff. de re iud. Trigesimoseptimo, si actor rē ad quā restituendam quis ei fuerit condemnatus receperit, l. 1. C. de re iudic. Et hæc de octaua sublimitatione. Sed an exceptio meliorationū impediat sententiæ executionem? dic, quod aut in sententia, fit mentio quod deductis meliorationibus, & impeditur donec soluantur, aut non fuit facta mentio, sed post, sententiam opponuntur, & nunc nō impeditur præstita cautione.

11 Vltimo, exequenda est sententia, ni si quis condemnatus fuisset ad interesse liquidandum, precium liquidandum, vel fructus liquidandos (prout quotidiè fit) tempore exequutionis sententiæ, tunc super liquidatione fier debet instantia & ita formabis libel-
12 lum. In magna curia vic. & apud acta præsentis causæ comparet N. N. & dicit, quod postquam per eandem magnam curiam N N. diffinitiua sententia mediante, fuit sibi condemnatus ad precium liquidandum, seu fructus, vel interesse liquidandum (vt in actis) intendit dictum precium, seu fructus, vel interesse liquidari facere. Instat proinde ad vlteriora procedi, &c. oī modo meliori. Qua instantia facta procuratorique partis aduersę intimata, dandus est terminus in liquidatione, infra quem actor suam fundare debet intentionem & reus suam exceptionem, in quo termino producuntur articuli, exceptiones, positiones, testes, scripturæ, datur lista suspectorum locorum, officialium, examinatorum, fit nominatio. petitur depositio principalis citantur testes, coguntur mulcta indicta & pignoribus capitis, fit publicatio, & conclusio. Qua facta instatur pro commissione calculi, committitur, & datur lista suspectorum, eligitur calculator, monentur partes ad videndum relationem. Qua facta intimatur parti, offertur biduum pro illa percuntanda. & si de læsione, vel errore calculi fuerit dictum, prouidetur quòd revideatur, & detur lista suspectorum infra biduum, quo elapso fit electio & procuret infra tot dies, alias prouidebitur, quibus elapsis, nō facta reuisione, prouidetur quod infra alios dies procuret alias, &c. qua reuisione facta. Citatur pars ad videndum discussionem calculi, & liquidatur interesse, siue fructus, vel preciū, facto verbo in banca. Scias autē qđ si illa pars quæ primo obtinuit calculū

Digitized by Google

in

in ſui fauorem, in reuiſione poſtea facta fuerit grauatus, pōt dicere de errore, & eo caſu ſimiliter committitur & reuidetur, & quod pars grauata de reuiſione procuret, in qua reuiſione ſi pars aduerſa fuerit grauata, poſſet ſimiliter dicere de errore, & committitur calculus, & non vlterius, cū ter-
13 tio procurari non poſſit. Sed iuxta hoc quæro ad quam rōnem liquidari debet intereſſe paſſum. Reſpon. aut eſt ꝓmiſſum ſeruata forma Regiæ pragmaticæ, de cēſib. vel infra quantitatem ibi taxatam, & ad eam rōné taxari & liquidari debet. Aut non eſt promiſſum intereſſe & tunc quia de facto & non de iure quæritur, l. nam ita, ff. de reg. iur. permittitur iudicis arbitrio liquidandū, qui tā damnum, qđ actor paſſus eſt quā lucrum, quòd amiſit æſtimare tenetur, l. quantū, ff. rem rat. hab. l. 2. §. fi. ff. de eo, quòd cert. loc. leg. vnic. §. & hoc nō ſolū. C. de ſent. quæ pro eo quòd inte. l. ſi fundus, ibi, in quo ēt, ff. loc. ſcdm morē regionis, vbi contractū eſt, ita tñ vt lex nō offē datur, l. 2. in prī. l. & in cōtraria, §. eas aūt, ff. de vſur. l. eos. §. cæteros aūt, ibi nec liceat, C. eod. 1. decem pro quolibet cente. Planè ſcias quòd in Sacr. Reg. conſ. liquidatur intereſſe dotis non ſolutę tpe debito, ad rōnem duc. ſeptē ꝑ quolibet centenario, intereſſe vero antephati, ad rationem quinque
14 Sed an intereſſe, intereſſe ſit liquidandū? quòd nō, l. fi. C. de vſur. l. ſi nō ſortē, §. ſupra duplū, ff de cōd indeb. Niſi tñ ſors cum vſuris ab vno debita, poſtea ad aliū debitorē pueniat, qui eā debere cæperit, tunc. n. totū ſortis vice fungitur, l. qui negociationē, §. ex duob. ff de admi tut. Quemadmodum nec fructū intereſſe debetur, l. neque eorum, ff. de vſur. niſi petitione hæreditatis, ij fructus qui ante actionē illatā hæreditatē auxerunt, petātur, vt in l. hæres furioſi, §. fi. ff. de peti hære.
15 Succeſſiuè quæro cuius tpis liquidadatio eſt facienda vel cuius loci ſi qs cōdemnatus fuerit ad pciū liquidādū cū eadēmet res alio tpe, alio loco pluris æſtimeē, quā alio? Reſp. ſcdm text. in l. 4. ff. de cond. tritic. qđ regulariter inſpici debet tps, item locus quo petitur, vt ſ. tanti liquidetur quanti tunc, vel eo loco valet, cui concor. l. vinum ff. ſi cer. pet. Niſi. tñ (Primo limita) locus, vel tps quo dari debuit in cōtractu ſit adiectū, tunc. n. eis loci vel temporis liquidatio eſt facienda, quo res fuit ſoluenda, d. ll. quib. cōcor. l. quoties, cū l. ſeq. ff. de ver. obl. l. 3. §. fin. ff. de act. emp. l. ſi calendis, ff. de re iudi. l. cū qs in diē, tt. de act. & obl. Scdo limita, niſi locus quo ſolui debuit ſit adiectus, tunc. n. tanti æſtimanda lis eſt quāti valet eo tpe, quo ad eū locū pueniri potuiſſet, l. idē erit. ff. de verb. obl. Tertio limita, niſi nō res, ſed eius æſtimatio in obligationē ſit. deducta: quia tūc tāti liquidāda res eſt, quanti eo tpe quo ſtipulatio eſt cōtracta, res valeret, l. fundū, ff. de nou. Quarto limita, niſi fideiuſſor rē debitā pro reo ſoluiſſet, poſtea mandati actione æſtimationē rei à reo petat, qa tūc tps ſolutionis, nō quo mādati agitur cōſideratur, l. hoīem, ff. māda. l. ſi is q negocia, §. fi. ff. eod. tit. Quinto limita, niſi cōditione triticaria agatur, hoc. n. caſu tps terendæ ſniæ ſpectatur, l. 3. ff. de cond. tritic. Sexto limita, niſi bonefidei actione agatur, quo caſu ſimiliter tps ferendæ ſniæ ſpectat, l. 3. §. in hac
16 actione, ff. manda. Qui aūt fructus liquidari debeāt videas ſupra cap. ꝓxi-
17 mo, nu 11. Sed quo ſint liquidādę, meliorationes? Reſp. qđ in minori ſumma. Et ideo ſi quis quingentos aureos impendidit in aliqua domo, & tēpore exequutionis ſentētiæ, non fuerint appretiate niſi in ducentis aureis, ducēti debentur. Et ſi quis ducentos impē didit, & quingentis fuerint appretiatæ meliorationes, ducenti debentur, & ita ſeruatur.

ADDI-

Digitized by Google

ADDITAMENTA Caroli Grimaldi I. V. D. Ad num. secnndum. Cap. sexti.

NOta quod appellans nisi iuxtam causam alleget, non prosecutá appellatione, appellatio declaratur deserta, quid dicendum si facta appellatione partes ipsæ compromittunt causam, quo compromisso durante fatalia iam decurrerunt, num poterit appellans post compromissum etiã contra appellantem prolatum ad prosequendam appellationem redire, & dicitur quod sic nam medio tempore fatalia ob impedimentum compromissi non dicuntur decursa tex. est, & ibi glo. in clem. quandiu in verbo cõpromissum, de appella. & in cap. significantibus in verbo compromissi de officio de leg. & in l. si quis rem. in verbo, peragenda, ff. de arbitr. sicut non decurrit ex impedimento paupertatis, vt per Bart. in l. si procuratorem, §. si ignorantes, ff. mand. Bald. in l. non exigimus, §. si quis in iuditio, ff. si quis caut. in l. nummis, ff. de in lit. iura. in l. continuus, §. Illud, ff. de ver. oblig. in l. fi. C. de cond. infer. causam vero legitimam impedimenti appellans probare debet, l. ex ratione C. de appellat. l. fin. §. Illud, C. de tempo. appell. l. qui comeatus, ff. de re milit. cum simil.

Nullitas debet proponi, & allegari in libello, ita Bar. in l. si expressim, ff. de appel. sed quid dicendum si in libello non fuisset allegata, num possit allegari in processu causæ, dic quod sic. pro quo vide allegata per Papiens. in sua practica in tit. de form appell. a. sent. diffi. in glo. fuisse, & esse nullam, nu. 2. fol. 202. sed si appellatio est deserta, num, & ipsa nullitas allegata dicatur eriam deserta vide Bar. in d. l. si expressim, nu. 11. cum simil.

Procurator dum intendit petere restitutionem in integrum oportet, vt ad hoc, habeat spetiale mandatum ita tex in l. illud, §. si talis, ff. de min. Bar. in l. indebitam, ff. de cond. indeb. Ant. de Butr. cons. 44. circa medium Panor cons. 87. col. 1. lib. 1. Alex. & Ias. in l. quoties, C. de iudic. sed quid dicendum si incidenter de ea agatur an procurator sine spetiali mandato possit eam petere dic quod sic, vt p Bart. & Ias. in l. cum ptor in prin. ff. de nou. oper. nunt. & exemplificari põt in eo q infra terminum appellat. petierit, quo casu dr incidenter agere super ea, & consequenter admittitur, ita gl. sing. vbi Abb. in c. suscitata in verbo postulauit de in integr. restit. Couar. var. resol. lib. 5. cap. 6. nu. 5. Carroc in reg. cum quid in prima ampliat. nu. 2. fol. mihi 5. de reg. iur. in 6 quæ restitutio dum petitur impedit exequutionem snĩæ ex reg. tex. in l. vnica, C. de in integ. rest. Guid. Papa deci. 215. nu. 7. quæ non habet locum si tres sententiæ sunt cõformes vide ad hoc cumulata p Couar. pract. quæst. c. 25. nu. 7. lib. 1. fallit ẽt in materia retractus, vt per decis. senat. lucens. 52. nu. 8. & 9.

Ad numerum 8.

Exceptio compẽsationis potest opponi ẽt si sententia fecit transitum in rem iudicatam, & impedit illius exequutionem vt in d. l. 2. primo respons. C. de compens. Bart. in l. si num dos n. 1. ff. rer. amo l. si cum militi, §. cum intra, ff. de compẽs. dum modo nõ sit de debito cui obstet aliqua exceptio, l. quæcunq; ff. de compens. vel nisi agatur interdicto recuperandæ glo. sing. in c. fi. in glo. mag. in verbo item recõpensatio de ord. cogni. l. fi. & ibi glos. in verbo possessionem, & doct. in fin. eod. tit. quæ compensatio fit in eã causam in quam debitor elegerit se compẽsaturum, l. si quid, & ibi not. & l. qđ labeo, ff. de compens. & Alex. cons. 85. nu. 3. vol. 3. hinc inferitur ad dubium,

quo-

Digitized by Google

quotidianum, quod si mercatores in aliqua pagina suorũ librorum scribũt creditum eorum, & sic ea quæ recipiunt nec scribunt fuisse sibi solutum animo dissoluendi magis vna obligationem quam aliam, tunc locus est compensationi, & in potestate debitoris soluentis est eligere in quã causam velit compensare non autem est in potestate mercatoris in quam causam velit illud cedere vt refert Alex. d.cons 85.num.3.& Ant. Cioff. cons. 63. nu.2.

AMplia hanc conclusionem procedere in ar. militum, & eorum equis ac in libris scolaria secundum gloss.in l.nepos proculo in verbo dignitate.ff. de ver.sign.Rebuff.in tract. de priuileg. schol. in 19. priuil. ratio est in gloss. quia in verbi obligatione nunquam comprehenduntur instrumenta, & res per quas vtilitati publicæ consulitur per tex.in L. obligatione cum seq.ff. de pign. prout late declarat Nigosa, in tract. de pign. in 2. par.membr.2.nu.36.cum seq. vt stipẽdia quæ in verbi obligatione non veniunt,l,stipenda, C.de exequ.rei iud. l.commodis, ff.de re iudic.quæ stipenda nõ obligantur sine regio assensu, vt per Frecc.in primo lib.fol.4. num. 27. ratio est illa quã ponit ibi Frecc. in prælegato loco. Afflict. in decis. 190.testatur fuisse decisum, contra hunc tex. & post longam discussionẽ cui opinioni se subscribit Gram.in 1. quæst.in fin. suarum decis. & Vrsillus in sua addi.190 ad Afflict.Ceph.cons 448.nu 29.& 30. vol.3.

ADDITIO IVLII CAESARIS Comi I. C.

HIs quæ de appellationibus hoc loco docentur coniũgendum erit appellationi nihil omnino tribuendum esse Primùm cùm prætor, vt armorum ansam præripiat, prædij aditum de eo contendentibus interdixerit vt scribit Paris à Puteo, vt reliquos prætermittam, in cap.2. num.2. tit.de negligentia in libro quem de sindicatu inscripsit, propterea quod appellationis remedium ad iniurias emendandas est adinuentum vt ait Iu recons. in principio l. primæ de appellat.ac ea prohibitio,quę potius ad ius, legumque æquitatem quam ad iudicem referri constat ex §.sed si inter duos vers.æquissimum, leg.si vsusfructus de vsufru. quem locum Paris vitiosè citat,neminem lædit §. si quis in honoribus, l. iniuriarum de iniur. cõiunctis ijs quæ ibi docentur. Quod his rationibus, quas nulla iusta excusatione superiori loco ipse prætermisit,potest non omnino infæliciter confirmari, scilicet quod quamquam hæc prætoris siue potius legum prohibitio aliqua ratione iniqua videri possit, quod tamen huius disputationis tantùm gratia dictum sit,nihilominus exploratissimum est à legibus appellantem non esse audiendum vt docuit glo. 9.vers. tu die sentio,l. si qui pœna de verb. & rerum significat. gloss. verb.priuatos circa finem cap.cupientes de elect. in posterioribus decretalibus,Nellus à S.Gem. in libro de testibus num.76.prope finem, atq; Beluisus in praxi crim. in tit. de quæst. num.111.vers.5.effectus, cuius rationem existimo esse eam, quæ est apud Iuriscons.in l.prospexit qui,& à quibus quo loci scriptum reliquit legibus etiam per quam duris omnino esse parendum, quod hanc habet rationem, quia cùm de legibus constituendis agitur disputatio ipsarum permittitur,non vbi fuerint constitutæ,l.humanum,C. de legibus, Andr. Iser.in Const.Reg.disputare, & ratio huius rationis est nam vt Aristi.Polit. a.c.6.

Digitized by Google

2. c. 6. in fine existimauit secunda sunt aliqua legũlatorum errata ne eorum auctoritas minuatur, non enim tantũ prodesse poterit emendatio quantum non parendi consuetudo noceret quã obrem duodecim tabularum leges repetitas consultationes, vtpote eas quæ tutæ minimè viderentur omnino verterunt cap. 2. de legum promulgatione quarum tabularum auctoritas grauior est, quam vt locupletiori testimonio indigeamus vt ostẽdit Chrlstoph. Hegen. ex veterum sententia cap. 1. libelli quem de compendiaria ratione ius ciuile addiscendi conscripsit. Præterea si hæc ita statuta non essent, atq; proinde passim liceret legum auctoritate contempta semel sãcita in dubium reuocare nihil sane inueniretur eorum, quæ ad reip. administrationem, felicitatemq; pertinent, quod hominum improborum versutijs perturbari non facile posset, quã obrem vniuersa regendæ reip. ratio nullo negotio euerteretur. Quanta vero animi æquitate hæc ferre debeamus ostenderunt de pandectarum legibus agentes And. Iser. in Cõst. Reg. si damna circa finem quo in loco ex grauissimorum virorum sententia affirmauit tantum abesse vt illis iurisprudentum responsis iniustitiæ nota inuri possit, vt ex ipsis nullũ omnino inueniatur, quod ab æqui boniq; norma dissentiat. Item Valla in proœmio lib. tertij elegant. vbi ait perlegi proximè quinquaginta Digestorum libros, & relegi cũm libenter, tùm vero quadam cum admiratione: primum quod nescias vtrum diligentia ne, an grauitas Prudentia, an æquitas scientia rerum, an orationis dignitas præstet, & maiori laude digna videatur: deinde quod hæc ipsa ita in vnoquoque illorum sunt egregia vt vehementer dubites quem cui præferendum putes. cuius testimonio libentissimè vsus sum cùm ipse idem alicubi Iurisconsultis iniquior fuisse videatur. Quando autem leges debeant abrogari docuit Arist. ethic. 5. cap. penult. legendus etiam erit Claudius Cant. in libello cui titulum fecit ratio studiorum iuris cap. neque ea. Præterea id quod decretum fuerit in causa suspitionis Iudicum appellatione conuelli omnino prohibuit Ioannes à Zuniea cùm regnum hoc Regis loco administraret, quam constitutionem declarant ea, quæ scribuntur in Decis. Senatus Neap. 408. in recentioribus. Non prætermittam quod in causa tertiariarum ferri inter Regium Fiscum & Marchionem Grotulæ propria lau de clariorem quam latere Regis cùm iudices ei suspitionis iure ipsorum collegam recusanti copiam fecissent docendi de causis ad eam rem pertinentibus, Fisco id quod decretũ erat nullum dicenti permiserunt vt sua quoq; iura afferre potuisset, quod responsum extat apud Tagliauiam regium à mandatis scribam. Quibus cõiuge nõ modo illum cuius causa præcipuè agitur, verum etiam eum, qui quoniam sua interfit causam postea aggressus est, Iudicem suspectum defugientem esse admitteudum vt referunt Afflict. in Decis. 15. Senatus Neapol. atque Anna in allegat. 76. nu. 2. & in libello quem rerum singulariũ inscripsit nu. 500. quod cum in causa tertiariarum, cuius superius memini receptum fuerit referendum duxi.

ADDITIO IO. THOMÆ Alphani V. I. D.

VALERIVS de Leone de Baronia Santi Cipriani petijt condemnari in Curia Baroniæ prædictæ Philippum & alios de leonem ad certam summam, qui conuenti condemnari appellauerunt ad Mag. Cur. Vic. & non

Digitized by Google

& non prosecuta appellatione prædicta per spatium 12. annorum fuit instatum per dictum actorem pro exequutione dictæ sententiæ stante desertione appellationis prædictæ ob non prosecutionem illius spatio tanti temporis, per dictos conuentos fuit dictum de nullitate sententiæ prædictæ ad discutiendas esse nullitates prædictas, & pendente ipsa discussione nō posse tractari de desertione ac exequutione sententiæ. Fuit replicatum per actorem nequaquam posse tractari de dictis nullitatibus; cum nedum fuerit deserta d. causa appellationis, verum etiā causa nullitatis prædictæ, & hoc fundabatur quia tpe appellationis nō fuit dictum expresse de nullitate, sed incidenter, & consequentiam appellationis cum eo ipso quod appellatur ministerio iuris censetur tacite dictū etiam de nullitate, & qñ fuisset dictū principaliter, & expresè de nullitate tunc deserta causa appellationis non censetur deserta causa nullitatis sed qñ dī de nullitate incidenter, & in consequentiā appellationis & non expresse vt in casu nostro tunc deserta causa principali appellationis est deserta etiam causa nullitatis dixit Bal. in l. tale pactū, §. qui prouocauit nu. 12. ff. de pact. Guido Papę in cons. 48. Afflict. in cōstit. appellationum tē pora nu. 95. & in constit. vsurariorum nu. 18. Rota in dec. 48. de appellat. in nouis, & sic fuit iudicatum per Mag. Cur. in anno 80. in Banca de Felice, cui decisioni pars acquieuit cum plene fuerit audita, & negotium plene discussum in prædicta magna curia.

CAPITIS SEPTIMI.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo sit exequendum contra debitorem condemnatū.*

2 *Bobi aratorij quando possunt exequi.*

3 *Practica vendendi exequutionem factam, nu. 5. & 6.*

4 *Practica si debitor iurasset nō habere exequutionem, nu. 7.*

8 *Practica si offerret stabilia vel nomina debitorum.*

9 *Creditor, cui res obligata est cæteris præfertur,*

10 *Prior tempore potior in iure haberi debet.*

11 *Quam regulam amplia, & limita, vsq; ad nu. 12.*

13 *Fiscus quando præferri debet cæteris creditoribus.*

14 *Fisci priuilegio vtitur, qui in eius locum successit.*

15 *Respublica post Fiscum, cæteris præfertur creditoribus.*

16 *Dotis causa quando potior haberi debet.*

17 *Quando tutelæ actio, & quando furiosus & prodigus. n. 18*

19 *Quando depositantes in banco, & quando qui in funus, &c. nume. 20.*

21 *Quando qui rem vindicat, & quando qui in rem conseruādam, nu 22.*

23 *Quando qui in nauem instruēdā extruendā, vel emendam.*

24 *Quando qui redemptori nauis vel ædium reficiendarum, &c.*

25 *Quando is cuius pecunia res est comparata.*

26 *Et quando qui prius egit, & debitum accepit.*

Quan-

Digitized by Google

27 *Quando ij, quorum pecunia ad priuilegiatos creditores, &c.*

28 *Hæres creditoris idem priuilegium habere debet, quòd & defunctus, &c.*

29 *Plures creditores idem priuilegium habentes concurrunt.*

30 *Et si nulli existerent pro rata concurrunt.*

31 *Legatarij autem posteriori loco habentur. Nisi &c.*

1 QVoties vero nil impedimenti esset, quin sententia debitę executioni demandetur, expediri debent literæ executoriales contra debitorem (si tamen sententiæ non paruerit) & exequi contra eius bona, seruata forma l. à diuo Pio §. in venditione & ibi cõiter per Doct. ff. de re iudic. præterquam in bobus aratorijs, & in ijs quę ad culturam agri pertinent l. executores l. seq. C. quæ eis pig. concor. text. in c. Reg. Const. & in c. pridem, & dicit tex. in prag. 48. de offic. S. C. quòd literæ executoriales ipsius S. C. expresse debent continere, ne exequatur 2 super baccinis. Planè scias, quòd illi bobi essent in specie creditori obligati: Vel si debitor non haberet alia bona (& sic in defectum, ne creditor, suo careret, quod ijs casibus potest exequi, vt per Maran. fol. 776. nu. 31. Qua 3 exequutione facta citari debet debitor ipse ad reluendum dictam exequutionem &c. Requiritur enim in subhastatione pignoris citatio debitoris, gl. & Doct. in l. fin. C. de iu. dom. impe. & in l. 4. C. de distra. pig. in l. si conuenerit ff. de pig. act. Doct. in l. ordo C. de 4 execut. rei iudi. & infra tot dies. Quibus elapsis, (debitore non reluente) accusantur contumaciæ, vt supra diximus in 1. c. & in vlt. peręptorio curia ipsa sedente, prouidetur, quòd bona exequta vendantur, seruata forma l. miles §. pen. ff. de re iud. l. cũ proponas §. fin. C. de bon. auth. iud possi. Et 5 vendi debent legitimis subhastationibus præcedentibus. (Nisi tamen aliquis tanquam exequutum in bonis alienis, comparuisset, tunc enim superfederi debet in vltimo incantu, & dari terminus ad docendum de allegatis in quo termino potes vti depositione principalis, & ita in facti contingentia formabis libellum. In mag. cur. vic. & apud acta causæ comparet N. N. & dicit ad instantiam N. N. v. t creditoris N. N. sui debitoris, fuisse exequutum in infrascriptis eius bonis, tanquam dicti T. sui debitoris. Intendens proinde, illa recuperare. Instat vt exequuta in bonis alienis sibi restitui, omni modo meliori (alias subhastatio ipsa esset nulla Bald. in d. l. ordo) ideſt tribus, secundum consuetudinem loci. Iodoc. in tract. suo de subhast. c. 2. nu. 3. & in hac ciuitate Neap. fit vna sub- 6 hastatio singulis tribus diebus. Et candela accensa in vltimo incãtu plus offerenti liberari debet Bart. in l. si tempora 2. q. C. de iur. hast. fisc. De qua venditione confici debet publicum instrumentum (si tñ de læsione nõ fuerit dictum) l cum apud veteres §. fin autẽ ibi, attestatione C. de bon. auth. iudic. possi. Et & subhastatio requirat scriptu ram, videas Bart. in l. 1. in fin. vers. sed nunquid in hac vẽditione C. de fid. instr. & iu. hast. fis. lib. 10. Bal in l. contr. C. de fid. instr. & precij solutionẽ per emptorẽ. Qui si recusauerit soluere fit decretum & faciat depositum infr. tot dies. Quibus elapsis, si nõ depositauerit sit aliud decretum quod infr. alios dies faciat depositum, alias cõpellitur ad capturã personæ. Et deposito facto si quid supereſt debitori restitui debet l. si nõ expedierit in prin. ff. de reb. iud. auth. possi l. in fraudẽ §. si plus ff. de iu. fisc. si vero minus, exequitur pro residuo. Et si dictũ fuerit de lęsione fit de-

I cretum

Digitized by Google

certum quòd bona ipsa iterum subſtrahentur, & quòd debitor procuret, aliàs prima venditio firma remaneat. Quo procurante, ſi ſecundus offerens 9 aufugit non liberatur primus Bart. in l. licitatio in princ. ff. de publ. & in d. l. ſi tempora. Sed quæro, tu ſcis quòd cuilibet poſſeſſori competit ius offerendi Bal. in l. 1 in fi. C. ſi vnus ex pluri. hær. cred. etiam poſt ſententiam & tempore executionis Bald. in l. 2. 11. q. & ibidem Paul. C. de reſcin. vendit. iuſtum pretium, ſecùdum tempus initi contractus l. ſi voluntate C. eo. tit. an venditio pignoris facta per creditorem non ſolemniter in fraudem debitoris valeat, ſi emptor ſit paratus ſupplere iuſtum precium? videas Glo. in l penult. ver. poſſeſſionem C. ſi ex vend. pig. agat. Et ſic habes practicam exequendi & vendendi exequutionem debitore reluctante parere ſententiæ. 7 Sed quæ erit practica ſi debitor iuraſſet non habere exequutionem. Reſp. quòd aut debitor eſt præſens in ciuitate Neap. & tunc per bina decreta compellitur ad capturam perſonæ. Aut vero abſens, & tunc per vnicum decretum quòd conſignet exequutionem explicitam, compellitur ad ca- 8 pturam perſonæ, & ità practicatur. Si vero debitor non reluctauerit parere 11 ſententiæ, ſed offerret in vim exequutionis bona ſtabilia, & tunc prouidetur, quòd infra tot dies doceat de titulo aliàs prouidebitur, quibus elapſis ſit aliud decretum, quòd præciſè, & peremptoriè, aliàs capiatur de perſona. Et ſi nomina debitorum fuerint oblata, non aliter admittuntur niſi exhibitis ſcripturis in promptu, & præſtita cautione de faciendo debitum verum exigile, & non exactum. Et ſimiliter ſi eſſent oblata bona mobilia in vim executionis tenetur præſtare cautionem de faciendo exequutionem veram. Vēditis bonis, precium redactum debet inter creditores diſtribui, verum eo non ſufficiente ſolet fieri graduatio. Ideo pro complemento, qui potiores in pignore habeantur videamus. Qua de re ſcias, quòd regulariter is cui res pignori obligata eſt, hic in ea re cæteris creditoribus præferri debet, l. eos, C. qui potio. l pro debito §. vnde ſi quidem, C. de bon. auth. iud. poſſ. Et hoc quamuis pignus prætorium ſit non conuētionale l. 4. C. qui potio. Item quamuis alius creditor priuilegium habeat ſecundum gloſ. in l. Antiochenſium, ff. de priuil. cred. Niſi tamen (Primo limita) cum hæres rem hæreditariam obligaſſet, creditor hæreditarius ſeparationem impetrauerit l. 1. §. ſciēdum ff. de ſepar. Secundo limita, niſi alius damni infecti nomine in poſſeſſione miſſus ſit l. is qui ff. de dam. infec. Tertio limita, niſi alius ſeruum pignori obligatum ab hoſtibus redemerit, hic enim hypotecario præfertur creditori l. in libello §. ſi pignori ff. de capit. & poſtlim. reuer. Quarto, is creditor præferri debet, niſi & alij prius res 10 ead. pign. fuerit obligata. Prior enim tempore potior in iure eſſe debet, l. potior in princ. ff. qui pot. in pig. l. 2. l. 3. l. 4. C. eod. l. 2. C. de priuil. fiſ. l. 3. C. vt in poſſeſſ. lega. l. diuerſis C. qui po- 3 tio. Et hoc quamuis ante diem prioris debiti credentem, res alij etiam pignori ſit obligata l. qui Balineum, d. l. potior eſt ff. qui potio. facit tex. in l. 2. C. eod. Item quamuis is qui poſteriore loco pignus accepit, priore loco credidit l. creditor, §. ſi primus ff. eod. Tertio amplia quamuis cum in diem de hypoteca conueniſſet, ante diem veniētem, alij hypoteca obligata ſit d. §. ſi primus, ibi; vnde ſi in diē. Quarto amplia quamuis prior creditor à non domino pignus acceperit, poſterior autem ab eodem iam domino facto, idem acceperit pignus, quòd dic vt notatur in l. 3. §. 1. ff. qui pot. in pig. Quinto amplia quamuis priori ta citè,

Digitized by Google

sitè, posteriori expresiè res pignori fuerit obligata: exemplo l. etiam, ff. qui potio. Sexto quamuis Reipublicæ, res posteriore loco sit obligata, l. 3. C. de remis. pig. Septimo amplia quamuis posterior ex causa iudicata, rem obligatam habere cæperit l. si iure ff. qui pot. Octauo, quamuis priori generaliter, posteriori specialiter res sit obligata l. 2. ff. eodem l. si generaliter C. eodem, quia adhuc potior haberi debet. Nisi priori cui generaliter omnia bona sunt obligata, etiam quædam sint obligata ex quibus illi satisfieri possit, tunc enim ad alia alijs specialiter obligata, non erit potior; l. 2. C. de pignor. & hypot. Vel nisi ex generali hypoteca quibusdam exceptis conuenit, vt excepta non aliter essent pignori obligata, quam si ex cæteris creditori, satisfieri non possit, tunc enim in exceptis alij obligatis postea prior creditor non admittitur conditione deficiente l. 2. ff. qui pot. Nono amplia quamuis posterior de pignore vendendo conuenerit prior non l. creditor §. fin. ff. eod. Decimo quamuis posteriori pignus datum sit, vt ibidem ibi, nam in pignore. Vndecimo quamuis posteriori, consensu eius qui priore potior erat, res fuerit obligata l. Paulus in princ. ff. quibus mod. pig. soluit. Duodecimo amplia quamuis à non domino res vtrique creditori sit obligata l. si nō dominus, ff. qui pot. Decimotertio quāuis prior post secundum debitum suum, pignus nouauit l. 3. l. creditor §. Papinianus, ff. eodem titu. Decimoquarto amplia, quamuis posterior creditor pignus possideat d. l. creditor in princ. quia adhuc præferri debet. Nisi eadem res duobus simul, nō diuersis temporibus sint obligata, quo casu possessor potior erit l. si debitor ff. de pig. & hyp. Vel nisi, eadem res à diuersis non dominis pignori sit obligata d. l. creditor in fin. ff. qui pot. Decimoquinto amplia quamuis posterior, pignus à debitore emerit l. qui à debitore, ff. qui pot. l. 3. ff. de distrac. pig. Decimosexto amplia quamuis posterior creditor, eum qui priore creditore prior erat, in iudicio vicerit, l. Claud. ff. qui pot. Decimoseptimo amplia quamuis fisco posteriore loco, res cæperit esse obligata l. si pignus ff. eod. titu. Prior igitur tempore potior in iure esse debet. Nisi tamen (sublimita primo) res posterioris creditoris pecunia sit comparata. Hic enim potior esse debet l. idemque, ff. qui pot. l. 3. ff. de reb. eor. qui sub tutel. licet C. qui pot. (Quāuis fisco vel Imperatori ob nō solutas pensiones is debitor teneatur l. fin. §. fin. ff. eod.) Nisi tamen nō nominatim ipsi cuius pecunia res empta est, sit obligata l. licet C. qui pot. quamuis, C. de pign. & hypot. Vel nisi in totum alicuius pecunia res sit comparata, tūc enim cum alijs antiquioribus creditoribus concurrit l. idemq; §. quod si res ff. qui pot. in pig. Secundo sublimita nisi eadem res duobus, vel pluribus eodem tempore res sit obligata; tunc enim æqualis omnium causa esse debet l. aliena res §. 1. ff. de pignor. act. Nisi tamen vnius debiti dies primum venerit quam alterius l. insulam ff. qui pot. Vel nisi alter ex his rem possideat. Hic enim per exceptionem alterum petentem remouet, vt in l. si debitor ff. de pign. & hypot. & vt ibi distinguas. Tertio sublimita, nisi eodē die duobus res eadem sit obligata, tūc enim vnusquisque pro parte aget l. si fundus §. si duo in fin. ff. de pign. Quarto, nisi priusquam debitor à creditore pecuniam accepisset, rem alij etiam obligauerit l. potior est, cui cōcord. l. 1. in fi. ff. qui pot. Quo casu nō esset præferendus prior, posteriori. Nisi tamen prior creditor partem pecuniæ prius numerarit; quia tunc, quamuis posterior creditor pecuniam dederit, & hypothecam acceperit, antequam

Digitized by Google

tequam prior reliquam numeraret, ni hilominus prior potior est d l. 1. Quinto sublimita, nisi prior creditor qui sine hypoteca credidit, post secundum demum creditorem, pignus accepit, d.l. creditor §. si primus ff. qui potio. Sexto sublimita, nisi prior post secundum aliam pecuniam credidit d.l. creditor §. si idem bis §. vt Papinianus, ibi, vt primum tantum l. quærebatur, ff. qui pot. Septimo, nisi creditor prior partem pro indiuiso, alter partem eadem pro diuiso pignori à socio acceperit l. 3. §. fin. eod. Octauo, nisi priori & posteriori res sub eadem cõditione fuerit obligata, tunc enim existente conditione in pignore concurrunt l. idemque § fin. ff. eod. Nono sublimita, nisi cum conueniisset vt inducta pignori essent obligata, rem aliquam postea alij pignori obligauerit, deinde induxerit d.l. potior §. si colonus. Decimo sublimita, nisi ex causa damni infecti rem habere cæperit obligata, & in eius possessionem sit missus l. is qui pignore ff. de dam. infec. Vndecimo, nisi posterioris pecunia pignus ab anteriore debito sit liberatum d. l. creditor §. à Titio d.l. Claudius, ibi: Planè cum tertius concur. tex. in l. si. §. fin. & in l. qui à debitore in l. huius enim ff. qui potio. in l. 3. ff. de distrac. pig. in l. 3. C. de his qui in prior. cred. Duodecimo sublimita, nisi posterior, pignus ab hostibus redemerit l. in bello §. si pignori ff. de cap. & postl. reuer. Decimotertio, si ab alio posterior rem pignori acceperit, eiusq; possessionem nactus sit, vt in casu notat in l. si non dominus, ibi quamuis ff. qui pot. in pign. Decimoquarto, nisi posterior, creditor publicum sui pignoris instrumentum habeat prior autem priuatã scripturam tantum. Quod dic. vt not. in l. scripturas C. qui pot. Decimoquinto sublimita, nisi posterior non à priore, sed ab alio pignus petat, hoc n. casu il §. & alius pot. in pign. sit, obstare non debet d.l. creditor in princ. & §. si simpliciter ff. eo. Nisi tamẽ alius possessor à priore creditore rem emerit d. §. si simpliciter ibi. & qui ab eo emit. Decimosexto, nisi posterior creditor pignora sua distrahi permittat, vt pecunia, ei qui priore creditore potior erat, soluta, in eius locum succedat d.l. creditor §. pen. Decimoseptimo sublimita, nisi voluntate prioris creditoris res vẽdita sit à debitore l. sicut §. illud videamus ibi, quod si is fundus ff. quibus modis pign. Decimooctauo, nisi prioris creditoris debitum sit compẽsatum l. 4. ff. qui pot. Vel solutum, vt ibid. cui concor. tex. in d.l. creditor §. si tecum & §. si quoniam, tunc. n. posterior esset admictendus, nisi pignus in posterioris creditoris persona ex alia causa non subsistat, exẽplo l. qui alienum §. Titia ff. qui pot. Decimonono sublimita, nisi prior creditor pignus persecutus, litis æstimationem perceperit d.l creditor §. si quoniam. Vigesimo sublimita, nisi posterior creditor prioris debitum offerat, tũc enim admitteretur posterior l. 1. l. prior C. qui pot l. secundus creditor l. diuersis C. de pig. & hypot. Et hoc quãuis reipublicæ priore loco res fuerit obligata l. vlt. C. de his qui in prio. Itẽ quamuis is cui offertur oblatum accipere nolit l. potior §. fin. ff. qui pot. l. 1. C. eod. Item quamuis debitor priori creditori pignus vendiderit l. 1. C. si antiq. cred. Item quamuis id quòd sine pignore priori creditori debetur, offeratur l. vnic. in fi. C. etiam ob chyrographec. l. vir vxori §. si mulier ff. ad Velleian. Quibus casibus esset admittendus posterior creditor, non obstãte d. regula, cum omnibus cautum esse oporteat. Nisi (intelligas. Primo) creditori, qui offert debitum potiori debitor, de cuius bonis agitur, & tractatur non fuerit obligatus l. cum tibi C. qui pot. Secundo nisi prior creditor pignus vẽdiderit l. 3. ff. de distrac. pig.

Digitized by Google

pig. l. 1. in princ. l. 3. C. si antiq. cred. l. si insolutum l. si a creditore C. de act. & oblig. quo casu non competeret ius offerendi, nisi tamen fideiussori vendidit l. 2. ff. de distrac. pig. l. Paulus ff. de fideiuss. l. 1. C. de dol. mal. l. si secundus creditor l. cum posterior ff. de distrac. pig. l. si mandato §. 1. ff. mand. Tertio intelligas, nisi non totum, quod debetur priori creditori offeratur l. si rem alienam §. omnis ff. de pigno. actio. l. 2. ibi, nam si vel modicum C. debit. vend. l. 2. in fin. C. de fideiuss. Quarto nisi non vsuræ etiam debiti seu precij quo potior creditor rem liberauit, vel redemit offerat l. 2. l. 3. ff. de distra.

13 pign. Secundo scias, quod fiscus omnibus creditoribus præferri debet, l. auferetur §. fiscus ff. de iur. fisc. l. 3. C. de priu. fisc. Nisi tamen creditor, rem suã vindicet l. 1. C. eod. tit. Vel nisi actione quam ab alio iure successionis est consecutus, experiatur l. 3. §. si posteriori ff. de iur. fisc. Tertio nisi pœnam fiscus persequatur l. in summa ff. eod. l. vnic. C. pœn. fisc. cred. præfer. quo etiã casu non præfertur. Nisi creditor per exceptionem possit submoueri l. quod placuit ff. de iur. fisc. & ponas exemplum, vt in l. statius §. Cornelio ff. eod. tit. Quarto præfertur fiscus, nisi alij creditori, res debitoris pignori sunt obligatę l. si pignus ff. qui pot. quo casu non præfertur, nisi postquã debitor fisco fuit obligatus, res suas alteri obligauit l. 2. C. de priu. fis. tunc. n. potior erit creditori fiscus. Nisi prioris pignoris nouatio sit facta, postquã fisci

14 debitor esse cæpit l. fin. ff. qui pot. Hoc etiam priuilegium quo fiscus vtitur, vt præferatur omnibus creditoribus, habet is qui in fisci locum successit l. fin. C. de priu. fis. l. in fraudẽ §. qui pro ff. de iur. fis. habita cessione, vt infra

15 nu. 28. Respub. quoque post fiscum, cæteris præfertur creditoribus l. pen. in fi. ff. de priu cred. l. 2. C. de debit. cinit. Nisi bona debitoris, alij sint pigno ri obligatæ, tunc. n. Reip. præfertur l.

16 3. C. de remiss. pig. Mulier etiã dotem repetens cæteris præfertur creditorib. l. dotis tuæ C. de iur. doc. quamuis hypotecarij sint creditores l. affiduis C. qui pot. in pig. Quòd hodie de cõsuetudine non obseruatur, nisi in tacita hypoteca, & non expressa, vt ibi per

17 Docto. & in rub. & l. 1. ff. sol. mat. Pupillus ẽt tutelæ actione agens cæteris præfertur creditoribus in bonis tutoris, quamuis post pubertatem rõnibus à tutore acceptis, reliquationem eius secutus vsuras accepit l. si pupillus ff. de adm. tut. Item quamuis non contra tutorẽ, sed contra eum qui pro tutore negocia gessit, agatur l. si. ff. de tutel. & rat. distrah. l. 4. §. 1. ff. de priu. cred. Itẽ quamuis non tutor, sed eius defensor sit condemnatus l. defensor ff. de tute. & rat. distr. Planè si non pupillus, sed eius hæres agat, vel alius nõ habet hoc priuilegium l. 4. §. ipse autẽ, facit tex. in l. ex plurib. ff. de adm. tut. Prout ẽt si subsidiaria actione aduersus magistratum, qui tutorem dedit agatur l. 1.

18 §. priuilegium ff. de magist. conu. Furiosus quoque prodigus, & cæteri qui curatores habent, idem priuilegium habent in bonis curatoris, & pupillus in bonis tutoris l. 4. §. fin. cum duabus l. seq. ff. de priu. cred. l. in curatoris ff. de cura. fur. Nisi tamen bonis curator datus sit, vel absenti l. idem priuilegiũ ff. de priu. cred. Vel nisi vẽtri curator sit datus l. si ventri, in princ. ff. eod. tit.

19 Sic ẽt qui in banco pecuniam posuerit, ex hac causa agens cæteris præfertur creditoribus d l. ventri § in bonis l. si hominem §. qnoties l. seq ff. depos. Quod intellige nisi tamen vsuras acceperit d. §. in bonis d. §. quoties. Sc. do intellige nisi creditores sint priuilegiati d. §. in bonis, ibi, post priuilegia & vt ibid. ibi si tamen, ideſt nisi is qui deposuit, vindicet proprios nummos. Tertio intellige nisi & alij sint depositarij d l. si hominẽ §. fi. Quarto nisi sũptuum

Digitized by Google

petuum causa sit quæ etiam depositarijs præfertur d.l. quòd priuilegium,
20 ff. depos. Qui etiam in funus credidit vel impendidit cæteris præfertur creditoribus l. penult. ff. de reli. & sump. fun insuper qui rem vindicat is in ea re si modo extat, potior est, vt diximus supra in depositante & infra nu.
21 30. Præterea qui in rem conseruandam, vel reficiendam credidit, & hic potior haberi debet l. 1. ff de cæs. bon. d.l. si ventri §. 1. concor. l. creditor ff. si cert. pet. l. 1. ff ex quib. caus. pig. cō-
22 trahat l. 1. cum l. seq. ff. qui potio, Eodemque modo qui in nauem extruendam vel emendam crediderit, cæteris præfertur, creditoribus l. qui in nauē,
23 l. quod quis ff. de priuil. cred. Vel qui redemptori nauis, vel ædium reficiendarum, domino mandante pecuniam soluit, vel ministrauit d.l. si ventri §. 1. ff de priuil. cred l. 1. in fi. ff. ex quib.
24 caus. pig. Insuper potior erit is cuius pecunia res est comparata, vt sup. nu.
25 12. Præterea qui prius egit & debitū accepit, cæteris creditoribus postea agentibus præfertur l. inter eos, ff. de re iud. l. fin. §. & si præfatam C. de iur. delib. Limita primo nisi ex causa donationis prius agatur; donatore; soluendo non existente, tunc enim deducitur æs alienum cæterorum d.l. inter eos, ibi, & quidem: Nisi & alijs causa donationis debeatur, quo casu istorū æs alienum non deducitur, sed prius agentis, seu occupantis melior est cōditio, vt ibidem, ibi: Et inter eos, facit tex. in l. quoties ff. de reg. iur. Secundo limita, nisi legatarij vel posteriores creditores prius egerunt suumq; sint consecuti, quia tunc potiores creditores, illis quod acceperunt possunt auocare d.l. fin. §. fin vero creditores,
27 vsque ad §. in computatione. Legatarij autem posteriore loco habentur, & cæteris postponuntur, creditoribus l. 4. in fin. ff. de separat. l. primo gradu & quæ in fraud. d.l. fin. §. fin. vero creditores, C. de iur. delib. l. quoties ff. de separat. l. is cui §. postquam ff. vt in poss. lega. Nisi tamen libertates relictæ sint. Hæ enim peti possunt quamuis hæreditas non sit soluendo, d.l. primo gradu, ibi, Scæuola. Vel nisi nō defuncti qui legauit, sed heredis à quo legatum est bona venerant, vel soluēdo non sint, tunc enim legatarij cum cæteris admittuntur l. 1. C. de bon. auth. iud. poss. l. si fideicommissorum
28 §. fin. ff. vt in poss. leg. Hi quoque, quorum pecunia ad priuilegiatos creditores peruenit, ijdem habent priuilegium, quod ij, quibus succedunt, d. l. si vero §. eorum ratio l. 2. ff. de cess. bon. l. fin. C. de priuil fisc. l. creditor §. si simpliciter ff. qui pot. in pig. Nisi tamen actio non fuerit cessa. l. 3 C. de priu. fisc. Vel nisi non statim, sed post aliquod interuallum pecunia ad creditorem priuilegiarium peruenerit.
29 d. §. eorum ratio, ibi, Peruenisse. Hæredem autem creditoris, idem priuilegium habere, quod defunctus habebat, voluit tex. in l. si & iure ff. qui po-
30 tio. in pig. Et si plures essent creditores idem priuilegium habentes, concurrunt, nec potiores sunt tempore priores, l. priuilegia, ff. de priuileg.
31 cred. Sed & si nulli essent creditores priuilegiarij, tūc omnes ex æquo prorata admittuntur, l. priuilegia, ff. de priuileg. cred. l. pro debito C. de bon auth. iud. possid.

ADDITIO IVLII CAESARIS Comi I. C. Ad nu. 2. huius cap. septimi.

HOc loco accusandus erit Tarsimulq; vnico verbo ostensendum, quod non minus graviter, quam imprudēter errauerit eorum quorum vtitur testimonio num. 2. fidem secutus, cum affirmauerit boues ad cultu-

ram

Digitized by Google

ram comparatos nominatim creditoribus obligatos pignoris iure in causam iudicati capi posse: hoc enim manifestissimè prohibetur pragm. 48. de offic. S. C. cuius hic ipse etiam meminit, lege ea quæ sunt apud Annium in libro quem rerum singularium inscripsit num. 66.

ADDITIO FRANCISCI Ristaldi V.I.D. ad supradict. cap. quartum.

AN propter confessionem testis, qui asseruit se dixisse falsum ad instantiam producentis inducatur indicium contra producentem, vel aliter probari debeat falsitas, & an vti intelligatur quis teste falso eo ipso, quod non desistit ab vsu, vel sit opus quod expresse interrogetur si vult vti Alex. in cons. 124. lib. 6. Capyc. decis. 67. in fine.

An exceptio hostici competat vxori habenti virum in castris, quando ipsa conuenitur, & non vim vir, & quid si vxor sequatur maritum in castris, an etiam ipsa gaudeat hac exceptione hostici. Quemadmodum eius vir Cap. deci. 76. & an habeat locum in seruientibus per substitutum, & an competat contra mulierem petentem dotem Frecc. in 1. lib. sub feud. fol. 28. colum. 2. & ad prædicta vide Capyc. in inuestitura feud. fol. 188. colum. 1. in fine, cum sequenti, & an possit huic exceptioni renuntiari, vide in decis. D. de Franchis 164. col. 3. & an habeat locum post conclusum, vel post sententiam D. de Franchis in decis. 286.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAXIS M. C. VICARIAE CAVSARVM CRIMINALIVM

In duas Partes diuisa.

IN QVARVM ALTERA NON TANTVM QVOmodo in Criminalibus causis sit procedendum explicatur.

VERVM ETIAM DE POENIS TAM A IVRE CIVILI & Canonico, quàm huius Regni Neapolit. impositis pertractatur.

IN ALTERA VERO DE REORVM DEFENSIONIBVS AGITVR.

Nuntio Tartaglia Pedimontio Authore.

CVI PRÆTER INSIGNES IVRIVM ALLEGATIONES Innocentij Vitalis Iuris Consulti Præclariſſimi, ac profeſſoris in Celeberrimo Neapolitano Gymnaſio, quibus inditionum materia elucidatur.

Cum multis aliorum Iuris Conſultorum Adnotationibus.

HAC NOVA ÆDITIONE ADIECTA SVNT QVÆDAM Aurea Notabilia Domini Caroli Grimaldi V.I. D. Præſtantiſſimi, huic Practicæ Criminali neceſſaria; & anteà magnopere deſiderata.



Biblioteca Nazionale V. E. III NAPOLI

NEAPOLI, Apud Tarquinium Longum. M. DC. X.

Ad inſtantiam Io. Dominici Bouij, & Petri Antonij Sophiæ, Bibliopolarum Parthenopeorum.

Google

Digitized by Google

INDEX

LOCVPLETISSIMVS EORVM, quæ in hac Praxi Cauſarum Criminalium atque in Conſil. Innocentij Vitalis continentur.



Abſoluto reo in iudicio ciuili, an poſſit criminaliter accuſari pag. 2. col. 2. nu. 3.

Actio criminalis tollitur ſpatio xx. annorum tum reſpectu illorum, qui poſſunt accuſare, tum etiam reſpectu iudicis, qui poſt huiuſmodi temporis ſpatium nõ poteſt ex officio procedere pag. 5. colum. 1. verſ. dicit text. vbi habet à quo tempore tempus prædictum currat.

Accuſare poſſunt omnes qui non prohibentur pag. 6. col. 1. nu. 1.

Accuſare an poſſit mulier, pag. 6. col. 1. nu. 2.

An pupillus pag. 6. col. 2. nu. 3.

An ſeruus pag. 6. col 2. nu. 4.

An pauper pag. 6. col. 2. nu. 5.

An miles pag. 6. col. 2. nu. 6.

An clericus pag. 6. col. 2. nu. 7.

An magiſtratus pag. 7. col. 1. nu. 8.

An infamis pag. 7. col. 1. nu. 9.

An calumnia notatus pag. 7. col. 1. num. 10.

An qui artem ludicram ſiue lenocinium exercent pagi. 7. col. 1. nu. 12. vſque ad nu. 13.

Accuſare qui prohibeantur, ibidem nu. 13. & ſequ.

Accuſatio contra quos competat, pag. 9. col. 1. nu. 22.

Accuſator antequam querelam proponat debet cõſiderare num ea quæ proponit poſſit probare ad euitandam pœnam calumniæ pag. 12. col. 1. verſ. accuſator.

Accuſatoris officia quæ ſint pag. 8 col. 2. nu. 21.

Actio iniuriarum tollitur per pacem factam, pag. 14. col. 2. verſ. actio.

Adulterij accuſatio quibus competat.

Aduerſus quos competat, quando, & quo ordine competat, & quãdiu competat, cap. 3 pag. 10.

Annotatio bonorum an hodie ſit in vſu, pag. 22. col. 2. nu. 8.

Abſens quando poſſit damnari pagi. 82. col. 2. nu. 20.

Abſolutus in vno iudicio quando poſſit iterum accuſari vel punitus iterum puniri, pag. 83. col. 1. nu. 21.

Abſoluto reo in criminalibus poteſt

Digitized by Google

peti, quod præstat cautionem de non offendendo, & iudicis est reum cogere ad illam præstandã pag. 86. col. 1. vers. duo volo.

Absoluto reo custos carceris potest illum retinere pro expensis factis in carceribus, ibidem.

Alguzerij possunt fugientem vulnerare pag. 24. col. 1. vers. alguzerij.

A pœna homicidij, qui excusentur pag. 87. col. 2. nu. 1.

A pœna homicidij num excusetur occidens rebellem qui non dum fuit declaratus rebellis, pag. 97. col. 1. vers. adde quod.

A pœna furti qui excusentur pag. 97. col. 2. nu. 1.

A pœna iniuriarum qui excusentur, pag. 102. col. 1. nu. 1.

B

Bona fama conditio conuersatio & vita an prosint in delictis, pag. 121. col. 1. nu. 15.

C

Citato reo & non comparente accusantur contumaciæ in Regno & quomodo hoc seruetur pag. 22. col. 2. nu. 8.

Cofessus pro iudicato habetur, pag. 50. col. 1. vbi ampliatur & limitatur vsque in fine cap.

Confessus crimen de quo aderant indicia non potest interrogari de alijs delictis de quibus non adsunt indicia pag. 53. colum. 2. vers. Dicit tex. vbi dicitur quod contrarium hodie de consuetudine seruatur.

Confiscatio bonorum quomodo fieri debeat, pag. 76. colum. 1. vers. aduerte.

Confrontatio delinquentis quomodo fieri debeat pag. 35. colum. 2. vers. non igitur.

Cadauera reorum an liceat sepelire, pag. 70. col. 2. nu. 6.

Condemnato ad mortem aliquo si quis compareat dicens damnatum esse obligatum ad reddendum sibi rationem alicuius administrationis an debeat differri exequutio sententiæ de iure, & quid seruet consuetudo, pag. 70. col. 2. vers. adde.

Concubinatus pœna quæ pag. 106. col. 1. nu. 7.

Carcer diuturnus ad quid prosit, pag. 123. col. 2. nu. 16.

Causa carceratorum dicitur pia ibidem.

D

Decisio Sac. Cons. in materia remissionis causæ, pag. 33. col. 2. vers. cum Marchio.

De delicto constare debet ad hoc vt procedi possit pag. 114. col. 1. num. 9.

E

Ex officio ex quibus delictis possit procedi tam de iure canonico & ciuili, quàm ex consuetudine & iure Regni, pag. 4. col. 1. nu. 11.

Ex officio quando procedi possit parte desistente ibidem.

Ex officio, vt procedi possit debet constare de delicto, & quando dica-

Digitized by Google

dicatur constare de delicto ad finem procedendi ex officio, ibidem.

Episcopus an possit remittere iniuriam factam Ecclesiæ sine consensu capituli, pag. 14. colum. 1. vers. tu scis.

Excellentia in arte prodest, pag. 124. col. 2. nu. 17.

F

FVrti actio quibus competat, pag. 15 col. 1. nu. 1.

Furti actio aduersus quos competat, pag. 17 col. 1. nu. 2.

Furti actione qui teneantur, pag. 19. col. 1. vers. furti.

Famuli episcoporum an possint forum declinare, pag. 26. colum. 2. num. 5.

Facta, scripta, dicta, & consilia puniuntur, pag. 78 col. 1. num. 1 quo loco habes nonnullas limitationes.

Fama an faciat inditium, pag. 107 col. 2. nu. 1. & pag. 130. col. 2. nu. 21. quo loco idem quæritur de fuga, contumacia, & similibus.

Facta non præsumuntur nisi probentur, pag. 118. col. 1. nu. 13.

Filius iniurians patrem an possit exhæredari, pag. 65. col. 2. vers. aduerte,

I

IVdicium ciuile, & criminale quando dicatur, pag. 2. colum. 1. num. 1.

Iudicium ciuile, & criminale quomodo simul intententur, pag. 2. col. 2. num. 4.

Iniuriarum accusatio quibus competat, & aduersus quos competat, pag. 12. per totum cap. 4.

Iniuria facta filio etiam volenti competit patri actio, pag. 14. col. 1. vers. tu scis.

Iniuriati masculus, & fœmina in pari gradum, quis præferendus, pag. 9. colum. 2. vers. quid dicendum.

Iudex an possit procedere ad capturam de facto, & in quibus delictis tam de iure cõmuni, quàm Regni, pag. 21. col. 2. nu. 5.

Iudex Ecclesiasticus in quibus casibus teneatur remittere laicum pag. 26. col. 2. nu. 6.

Iudex originis vel homicidij an possint ex officio inquirere, & ex delicto extra territorium commissa contra delinquentem procedere, pag. 27. colum. 2. vers. magna est controuersia.

Iudex in criminalibus an possit recusari tanquam suspectus pag. 32. col. 1. vers. solet dubitari.

Iudex quæ debeat obseruare pro remissione alicuius causæ, pag. 31. col. 2. vers. dum instatur.

Iurisdictionem ciuilem habens in vno castro quando tentatur remittere pœnas pecuniarias, quæ veniunt applicandæ fisco habenti iurisdictionem criminalem in eodem castro, ibid.

Inditia quæ sint sufficientia ad torturam, pag. 41. col. 1. nu. 7.

Infamia qui notentur, pag. 74. col. 2 nu. 4.

Digitized by Google

Insultatus an liceat insultantem occidere, pag. 126. nu. 18.
In dubio proniores ad absoluendum esse debemus, pag. 128. colum. 2. numer. 19.
In criminalibus quibus magis sit credendum affirmantibus an negantibus pag 129. col. 2. nu. 20.

L

Laicus donans omnia bona sua alicui pio loco delinquens an sit remittendus ad iudicem Ecclesiasticum, pag. 32. col. 1. vers. solet dubitari.
Locus consumati delicti attendendus est, pag. 32. col. 2. vers. Ioannes Carolus, vbi in materia falsitatis testium habes decisionem Sac. Cons. notabilem.

M

Magna Curia Vicariæ quãdo teneatur remittere delinquentem, pag. 29. colum. 1. num. 1.

N

Negatiua duplex est, pag. 89. col. 1. nu. 28.
Negatiua directa quomodo probetur, ibid. vsque ad finem.
Negatiua indirecta quomodo probetur, ibidem.

O

Officium Iudicis constito de delicto quale sit, pag. 19. col. 2. num. 1.
Officium Iudicis capta informatione quale sit, pag. 20. col. 2. nu. 4.
Officium iudicis vbi locus capturæ non erit est reum citare, pag. 21. col. 1. nu. 6. vbi habes num. 7 quæ requirantur in citatione.
Officium iudicis vbi remissioni locus esse non potest, pag. 33 col. 2. num. 1.
Officium Iudicis in tortura quid sit, pag. 45 col. 1. nu. 3.
Officium Iudicis post torturã quid sit, pag. 48. col. 1. nu. 4.
Ordo seruandus in cõcessione præeminentiæ mag. cur. vic. torquẽdi ex processu informatiuo, pag. 48. col. 2. vers. proximus.
Officium Iudicis quale esse debeat in pœnis irrogandis pag. 61. capit. 15.
Occidens Sempronium volens occidere Caium, an excusetur à pœna ordinaria homicidij, pag. 97. col. 1. vers. adde quod.

P

Pater potest remittere iniuriam factam filio, pag. 14. col. 1. vers. Tu scis, vbi hoc limitatur, nisi iniuria esset facta a cõiuncta persona vel pater esset vilis.
Procurator in causis criminalibus non admittitur, pag. 23. colum. 2. vers. regulariter, vbi hoc limitatur.
Pœna Iudicis qui indebitè torsit tam de iure communi, quam Regni, pag. 40. col. 1. nu. 3.
Pœnæ quæ veniunt irrogandæ de iure communi, pag. 57. col. 1. nu. 2. vbi habentur.
Pœnæ quæ irrogãtur a iure canonico, & pœnæ quæ irrogantur a iure Regni nu. 3. 4. ibidem.
Punibilis an sit cogitatio, pag. 59. col.

Digitized by Google

col. 1. nu. 4. vsque ad finem.
Pater non tenetur pro delicto filij neque etiam ex legitima debita filio, pag. 65. colum. 1. versic. considerandа est.
Pro delicto filij nō potest fieri exequutio in peculio aduentitio filij, neque in eius proprietate, ibidem, vbi declaratur hoc esse intelligendum si pater habuerit vsumfructum in huiusmodi peculio aduentitio secus si non haberet.
Pœna de iure communi, & Regni sententijs non parentum, pag. 70 col. 2. num. 7.
Publicatio bonorum in quibus casibus locum habeat tàm de iure communi, quàm Regni, pag. 71. col. 2. num. 1. vbi habes quæ veniant in ea.
Patronus deportatus, & restitutus admittitur ad successionem liberti, pag. 82. col. 2. nu. 18.
Paria sunt captum esse cum indultu vel intuitu indultus, pag. 86. col. 2. vers. si delinquens, vbi habes duas notabiles decisiones sacri consilij in hac materia.
Pœna l. Iuliæ quando locum habeat, pag. 105. colum. 1. num. 1. & 2.
Præstans cautionem de nō exeundo palatium si exeat vt & reuertatur an incidat in pœnam, pag. 116. col. 1. nu 11.

Q

Quis torqueri debet primo? masculus an fœmina, pag. 49 col. 2. vers. regula erit.
Quot modis procedatur in criminalibus iudicijs, pag. 3. colum. 1. num. 6.

R

Remissione facta ab offenso in foro conscientiæ an censeatur sublatum ius accusandi, pag. 9. col. 2. vers. quotidie.
Remissionibus iniuriarum, & vulnerum quæ fiunt ab offensis nō censeantur remissa damna expensæ, & interesse, ibidem.
Repulsio testis quomodo fieri debeat, pag. 39. col. 2. vers. nota quantum.
Restituere quid sit, pag. 81. col. 2. num. 12.
Reo restituto an veniant bona publicata item actiones pro & contra reum, pag. 82. colum. 1. nume. 14.
Restituto seruo an reuertatur in potestatem domini, pag. 82. col. 1. num. 15.
Restituto in militia an debeatur salarium medij temporis, ibidem nu. 17. col. 2.
Restituto reo an tollatur infamia, ibidem num. 19.
Rixa quid sit, pag. 118. colum. 1. nu. 13.

S

Statuto cauente vt vnus puniatur pro altero, pater pro delicto filij tenetur, sed non corporaliter, pag 65. col. 2. vers. considerandа.
Sententia quando executioni demau-

mandanda sit, pag. 68. colum. 1. num. 2.
Sententia vbi exequenda, ibid.
Sententiæ exequutio quomodo fieri debeat, ibidem.
Sententiæ, siue præcepti a Principe facti, exequutio differenda est per officialem animaduertentem mandatum illud esse iniustum pag. 70. col. 2. vers. adde quod.
Sententiæ exequutio an facienda sit si post eius prolationem appareat de innocentia condemnati, ibidem, vbi habes quid iudici obseruandum sit.
Securitas concessa per Principem seruanda est etiam si verba possent vario modo interpretari, pag. 86. colum. 2. vers. si delinquens.
Statutum dictans, quod condemnatus de falso non valeat exercere aliquod officium de quibus falsitatibus sit intelligendum, pag. 87. colum. 2. vers. vltimo quæro.
Sodomiæ pœna an habeat locum effectu non secuto, pag. 105. colum. 2. num. 6.
Sponte comparens non præsumitur delictum commisisse, pagi. 116. col. 1. nu. 11.
Si non constat qualiter quis interuenerit in rixa præsumitur qualiter, pag. 118. colum. 1. nume. 13.

T

Testes in capiendis informationibus an sint cogendi, pag. 19. col. 2. nu. 2.
Testes qui esse possunt, pag. 36. col. 1. nu. 1.
Testis qui non poterat examinari an examinatus faciat inditium ad torturam, & si falsum deposuerit num puniatur de falso, pag. 44. colum. 2. vers. Nota qualitates.
Testi in primo iudicio dicenti nihil scire, & in secundo deponenti de veritate facti non est credendum, pag. 39. col. 1. vers. credo, vbi hoc limitatur.
Teste dicente se non ita deposuisse, vt a Notario scriptum est magis credendum est Notario, ibidem, vbi hoc limitatur.
Tortura indebitè adhibita quis sit puniendus vtrum officialis an assessor, pag. 44. colum. 1. vers. dicit cap.
Tortura quibus personis inferri possit, pag. 45. col. 1. nu. 1. & pag. 46. col. 1. nu. 2.
Testes qui non faciant plenam fidem, pag. 84. col. 1. nu. 22.
Testi quando liceat corrigere dictum suum, pag. 85. colum. 1. num. 27.

FINIS.

Digitized by Google

PRIMAE PARTIS
PRAXIS M. C. VICARIAE
CAVSARVM CRIMINALIVM IN QVA AGITVR DE ORDINE IVDICIORVM.

CAPITIS PRIMI.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium ciuile, vel criminale, quando dicatur de iure communi.*
2 *Et quando de iure Regni nostri.*
3 *Absoluto reo in iudicio ciuili an possit criminaliter accusari.*
4 *Iudicium ciuile, & criminale quomodo insimul intentãtur.*
5 *De qua inquisitione tractatur in hac praxi.*
6 *Quot modis procedatur in criminalibus iudicijs.*
7 *Ex officio quando dicatur procedere.*
8 *Quando per accusationem.*
9 *Quando per exceptionem.*
10 *Quando per confessionem incidenter factam &c.*
11 *Ex officio in quibus delictis procedi possit, tam de iure canonico, & communi, quã ex consuetudine, & iure Regni.*
12 *Ex officio quando procedi possit parte desistente.*
13 *Ex officio ad hoc vt procedi possit, debet cõstare de delicto.*
14 *Et quando dicatur constare de delicto.*

10 6 col Quo emanato & publicato bāno, si quidē reus fuerit accusatus pro crimine capitali pro quo imponenda veniret pæna mortis naturalis, vel ciuilis, vel membri absciſſionis, aut perpetui carceris, proceditur ad foriudicationem, vt in const. Reg. pæna eorum, excepto crimine periurij. nam licet pro eo imponatur pæna mēbri absciſſionis, vt cōstit. Reg. eos qui scienter pro eo tamen non habet locū foriudicatio, vt est rit. mag. cur. incip. Itē seruat ipsa curia quod pro periurio. Et citato reo accusatis cōtumacijs, nemine comparente ad impediendum sententiam foriudicationis profertur decretum procedendum esse ad sententiam foriudicationis seruata forma iuris, & ita seruatur in magna curia Vicariæ, & in vigilia Natiuitatis domini nostri Iesu Christi, & iu vltima curia aliarum feriarum publicatur sententia. Cuius tenor talis esse debet. Et quia nobis, & nostrę curiæ constat talem esse culpabilē dicti maleficij præsertim ex eius confessione resultante ex contumacia &c. iustā formam iuris, ideo ipsum condemnamus i amputatione capitis &c ita qđ si aliquo tempore venerit in posse curiæ & iustitiæ, quod ducatur ad locū iustitiæ deputatum & cōsuetū, & ibi eius caput āputetur donec moriatur & interim à toto dominio bannimus &c. & ita practicatur dicit Angel. de malefic. in ver. qui dominus iudex videns, num. 45. & ita etiam seruatur de stilo curiarum Regni Franciæ, refer. Boer decis. 278. num. 12. Qua publicatione facta seruat dicta sentētia foriudicationis in magna curia, duabus clauibus clausa, vt est tex. in pragm. 1. de sententia foriudicationis Et si euenerit quod foriudicati capiantur, constito curiæ illosmet esse statuat eis Iudex breuem terminum ad dicendum causam, quare contra eos exequi non debet sententia foriudicationis, eisq; prouideat de Aduocato, & procuratore, & petentibus copiam foriudicationis, banni & contumaciæ cōsignari faciat & si nullitas per ipsos nō allegetur statim mittat ad furcas, vel eis caput amputari faciat secundum tenorē sententiæ Quid autem si foriudicatus petierit defensiones an sit admittendus, si sponte comparuerit post sententiā foriudicationis Resp. quòd non nisi a Principe fuerit admissus ad nouas defensiones. & ita expresse declarat Aretinus cons. 145. num. 5. 6 & ita intelligas dictum Bal. in l. seruum quoq; 9. publicè, num. 7. in fin. ff. de procur. relatus per Aret. cons. 146. num. 3.

ADDITIO FABII DE Paulis V. I. D.

REgulariter igitur non admittitur procurator in causis criminalibus, nisi tamen vniuersitas citetur quæ poterit per Syndicum constitutum, & specialiter instructum comparere cum speciali mandato iurandi & cōparendi vt in constit. Regni Generalia iura, vel nisi citarentur admissus decem personæ, vt in cap Regni statuimus quoties personæ. Itē nisi pupillus citatus fuerit, is enim per prō-

Digitized by Google

curatorem etiam cõparere potest, vt dicit Petrus de Monteforte in eadem Constitutione Generalia iura, p constitutionem Regni Minorũ iura, idéq; ibi, hoc tenet Barthol. de Capua, Prout etiã admittit pcura. si mulier prægnãs citata fuisset, vt est rit. mag. cur. incip. Item si aliquis vel aliqua. Aliæ autem mulieres honestè licet possint etiam per procuratorem comparere, vt in dicta cõstitu. Generalia iura, hoc tamen non seruatur Foll. pract. crim. fol. 41. num. 9.

NOTABILE CAROLI Grimaldi V. I. D. ad nu. 2. huius cap. .6

ALguzerij possunt fugientem vulnerare ad hoc vt ipsum capiant: vt dicit Boer. Decis. 170. & Bal. in l. fin. C. de exhib. Rei. & Gram de cis. 41. qđ procedit tantum in fugiente pro causis criminalibus secus enim est pro causis ciuilibus vt dicit Bald. in Auth. sed nouo num. 14. C. ne vxor. pro 2 mari.

DE ORDINE IVDICIORUM.

CAP. SEPTIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus delinquens in in territorio Episcopi an possit declinare forum.*

2 *Clerici vel monachi in quibus casibus sunt remittendi & in quibus non per iudicem secularem, vsq; ad num 4.*

3 *Famuli Episcoporũ, vel clerico rũ an possint forũ declinare.*

6 *Iudex Ecclesiasticus an & in quibus casibus tenetur remittere laicum vsque ad nu. 11.*

11 *Iudices seculares in delictis qui sint.*

HActenus de his dixisse, sufficiat, quæ cõtingunt reo in cõtumacia constituto, videndum restat in sequentibus capitibus, de his quæ contingunt reo in iudicio constituto. Et primo de exceptione fori declinatoria quæ frequentissime in iudicijs versatur, antequam ad alios actus progrediamur. Et ideo scias quòd si quis Archiepiscopus delictum commiserit, in territorio alicuius Episcopi, ibi puniri pót (& sic exceptio fori declinatoria locum non haberet) Marian. Socci. in c. 1. num. 18. de rap. Nisi tamẽ ille Episcopus esset suffraganeus illius Archiepiscopi idem Marian. in c. postulasti, nu. 8 & seq. de foro compet. & hæc est communis opinio Abb. in c. cum inferior, num. 7. ver. similis. q. de maior. & obedien. & ibidem Imol. nu. 11. Clerici autem vel monachi non apud ciuiles, sed apud ecclesiasticos iudices puniendi sunt, vt est tex. in Auth. vt cleric. apud propr. Episc. Et sic nullo modo potest iudex laicus contra clericũ procedere. aut religiosum occasione alicuius delicti, & si eum in fortijs habet remittere tenetur, ad eorum iudicem competentem, vt in c. cum nõ ab homine, de iudi. sunt enim exempti hi tales à Il. Imperialibus & Laicali iurisdictione, Bal. in auth. nulla communitas, C. de episc. & cleric. sequit Abb. in c. 2. immu. eccle. & hoc amplia, procedere quamuis illegitimus sit clericus, qui ob id promoueri non possit ad ordines sacros iuxta notat. in c. cũ in cunctis, de elect. c. vt filijs, de fil. presb. & ita in facti contingentia fuit

Digitized by Google

se decisum refert Gram decis 81. Secundo amplia procedere etiam si clericus pro crimine coram laico ciuili tervel criminaliter reconueniat. Dec. in c. at si clerici, nu. 148. de iudi. Card. in c. multi, col. pen. ver. in fine gl. 4. q. 1. Tertio amplia quamuis clericus cō tumax sit, Abb. in c. si diligenti, de foro compe. Et dicit Afflict. super 2. par. constit. Reg. Rub. 3. quod vidit pronū 3 ciari sententias nullas cōtra clericos latas. Quarto amplia quāuis clericus falsum testimonium coram iudice laī cō deposuerit. Afflic. decis. 230. Capic. decis. 2. nu. 2. Diaz. pract crimin' canoni. cap. 87. in fine Boss. in tit. de fal. num. 100. vbi dicit hanc esse communē opinionē Couar. pract. q. 8. Marā. in suo Specu. fol. 383. nu. 4. Quinto amplia quamuis clericus admissus sit ad aliquod officium à Principe seculari, & in ipso delictum commiserit. etiam si in minoribus sit constitutus Id. Couar. pract. q. 33. post num. 6. Sexto amplia, etiam si clericus repertus sit cum armis prohibitis. Beneuerū est quod curia secularis potest ei arma auferre, & ita obseruatur Couar. lib. 2. resol. cap. 20. in fin. & videas de iure Regni. prag. 5 de cleric. siue diacon. saluaticis. Septimo amplia quamuis clericus, & laicus delictum simul commiserint Iudex enim laicus quo ad laicum cognoscere debet, ecclesiasticus quo ad clericum. Capic. decis. 173. quam opinionē seruari refert Id. Couar. pract. q. 34. nu. 1. in fin. Octauo quamuis ex cōsuetudine siue statuto introductum fit vt clericus corā laico cōueniri possit c. clerici, de iudi. & est comm. opi. Id. Couar. pract. q. 31. nu. 5. Nono amplia quamuis tacite siue expresse huic priuilegio renunciatum fuerit. c. si diligenti, de for. compe. Decimo amplia quāuis clericus incorrigibilis sit, cū hoc priuilegium cōcessum sit, etiā de iure diuino, Aleiat. in d. c. cum non ab homine, de iudi. nu. 2, Couar. in d. q. 31. nu. 1. Vltimo amplia quāuis clericus nou incedat in habitu & tonsura, si tamen sit in sacris constitutus. Boss. in tit. de for. cōper. nn. 134. vel sit beneficiatus, & ita seruat & fuisse iudicatū refert. Gram. vot. 33. in fin. & super constit. Reg. fol 4. & vide prag. 4. de cleric. saluat. Remittendi sunt igitur clerici vel monachi ad eorū eccle siasticos iudices. Nisi tamen assassinii commiserint, tales. n. assassini possunt à toto populo christiano impune occidi, c. 1. de homicid. l. 6 quāuis Episcopus sit qui assassinium cōmiserit, & ita cōmuniter seruatur, Socci. inter cōsil. Cur. Senior cons. 10. post nu. 43. Secūdo limita, nisi clericus vel monachus clericatum, vel religionem in fraudē assumpserit, tūc enim potest à iudice laico puniri & est communis opinio, Couar. pract. q. 32. post nu. 4. ver. secūda conclusio. Placza lib. 1. delict. cap. 35. nu. 1. & etiam ad mortem condemnari absque solēnitate degradationis. & ita solent iudices seculares seruare Bar in l. 1. nu. 3. in fin. ff. de pœn. & præsumitur fraus si delinquens erat accusatus, vel de crimine diffamatus, Foll. pract. crimin. fol. 95. nu. 145. nisi tamē antea delinquens emiserit votū, & demum intrauerit religionem, vel clericatū assumpserit, tunc remittendus est dicit ibi Foller. alleg. Ias. & Doct. in l. cum quædā puella, ff. de iurisdict. omn. iud. plac. cap. delict. 35. Quod nō firmo cum hic punctus adhuc non reperiatur decisus, & adhuc sub iudice lis sit Viuius li B. comm. opin. in verb. sententia. Tertio limita, nisi clericus crimē læsæ Maiestatis commiserit, vel proditionis, vel constit Reg. De personis clericorum, & ita de facto Principes seculares seruant, domin. Clar in §. læsæ Maiestatis. num. 7 æquiparatur enim hoc crimē assassinio. Gram vot. 2. Marsil. cons. 16. quos refert & seqr Foller pract. crim. fol. 321. nu. 44 licet totum cōtrarium sit de iure communi,

Digitized by Google

muni, & ita consuluit Barbat. & Rolan. relati per eundem domin. Clar. in §. practica, q. 36. nu 27. Quarto limita nisi clericus sit primæ tonsuræ non beneficiatus nec ambulans in habitu & tonsura, tũc enim indistincte punitur per iudicem secularem, nulla etiã monitione præcedẽte, Alex de Neuo cõsil. 59. num. 4 Quinto limita nisi nõ de causa princ tractetur sed de remissione quo casu per iudicem seculare cognosci debet an sit clericus, vt est ritus mag cur. incip Itẽ seruat ipsa curia quod nullus clericus, ibiq; ille nõ sunt in sacris constituti neq; deferũt habitũ & tonsuram, vltra clericatum tenentur exibere titulum beneficij, & probare quod sunt etiam in quasi possessione ipsius beneficij alias non debent remitti ad iudices ecclesiasticos, quãuis de iure sit quòd hæc cognitio an sit clericus, debeat fieri per iudicẽ ecclesiasticum, vt tenent communiter Docto. Rip in c. decernimus, post nu. 4 ver. corã quo, de iudi. Couar. pract. q. 33. num. 1. Quid dicemus de clerico coniugato num & ipse gaudere debet huiusmodi priuilegio, & fori declinatoriam opponere possit? Respõ. quòd sic, dummodo cum vnica tantum eaq; virgine matrimonium contraxerit, habitumq; clericalẽ si deferat, vt est tex. in c. vnic de cleric. coniug. lib 6 & est cõmunis opin. Couar. pract. q. 31. post nu. 7. ver prima igitur & ita etiam de iure Regni statutũ inuenitur in prag. 1. de cleric. siue diaco, saluatic. dummodo abstinuerit, etiam a negociationibus & armis, alias posset à iudice laico puniri, Bertr. consil. 13 nu. 5. lib. 8 Inno. c. fi. de vit & honest. cleric. & ita Docto firmant Alex de Neuo, cõs. 60. Planè hodie (secundum aliquos) de consuetudine clerici coniugati nõ incedunt in vestibus, & tonsura clericali Fulgo. consil. 124 num. 1. sed retẽta opinione iuris si vis videre qualis esse debeat habitus clericalis, videas Foller. pract. crim. fol 71. nu. 42. & seq. & sic habes quando clericus tam coniugatus quam non cõiugatus remitti debeat per iudicem secularem ad ecclesiasticum, videamus modo quando iudex ecclesiasticus teneatur remittere laicum ac iudicem secularem, & in qua causa locum habeat exceptio fori declinatoria. Sed antequã illam attingamus, succelliuè quæro an famuli laici Episcoporum possint opponere fori declinatoriam? Respon. quòd sic, Capic. decis. 12. facit tex. in c. fi. de offic. Archidiac Abb. in cap. 2. nu. 5. de foro compet. relatus per Boss. in tit de foro compet. nu. 127. secus autẽ dicas in famulis clericorum, vt per eundem Capic quo supra, licet Calcan. consuluerit contrarium, quod imo debeant gaudere dicto priuilegio, cõsil. 71. cõtra quem est communis opinio, vt dicit Capic. in d. decis. 12. num. 2 in fin. 6 Nunc ad propositum thema, scilicet, quando Ecclesiasticus iudex teneatur remittere delinquẽtem laicum ad sui iudicem secularem. Et in primis scias, quòd pro iniuria illata clerico, laicus non potest opponere in curia Ecclesiastica exceptionem fori declinatoriam & ita glo. in Auth. item nulla cõmunitas, in verb. Ab ecclesia, C. de episc. & cleri idem etiam si de hæresis crimine agatur, Qu inimo si laicum secularis habuerint adhuc ipsi remittere debent ad iudicem ecclesiasticum, & cum hac conclusione pertraseunt cõmuniter ones, Alciat. in c. 1. de offic. ord. Est enim hoc crimen mere ecclesiasticum, vt in const. Reg in cõstitutiõ & ideo soli iudices ecclesiastici cognoscere debent. Prout etiam si forti legij causa sapientis hæresim manifestam agitetur (& secundum hanc opinionẽ vidi practicari in Regno in causa quorundam, qui fuerunt remissi ad Reuerendiss. Episcopum Alphanum, prætendendũ manifestã hæresim prout ipse declarauit qui fuerũt absoluti

à Sede

Digitized by Google

à Sede Apostol.) Abb. in c. 1. nu. 3. & 4 de sortileg. secus autem si sortilegia non sapiant manifestam hæresim, tunc enim esset locus præuentioni, id Abb. quo suo, Sed an pro sodomia laicus sit remittendus ad iudicem secularem? Respon. quòd non. Potest enim iudex ecclesiasticus pro hoc nefando crimine contra laicum procedere, & ita colligi videtur ex tex. in cap. clerici, de excess. præla. Prout etiam si adulterij causa agitetur Abb. in c intelleximus, nnm. 1. de adult. & ibi. Alciat num. 18. Quid dicemus de crimine sacrilegij commisso per laicũ, num iudex ecclesiasticus sit competens. Ita quòd non teneatur remittere eum ad iudicẽ secularem? Respon. quòd sic de iure c. conquestus, de foro compet. est enim mixti fori. c. cum sit generale, eo. tit. & proinde locus est præuentioni Aflic. super 1. parte Cõstit. Reg. Rub. 5. nu. 6. Et ita omnes Docto. cõcludũt. Mantua conf. 265. nu, 80. Cæterum iudices seculares cognoscunt in Regno, & ita in factis contingẽtia seruari vidi p magnam curiam Vicariæ Laicus enim delictum committens in Ecclesia puniri debet per iudicem sæcularem, Bar. in l. si cui, §. cum sacrilegiũ, nu. 3. ff. de accusa & ita in facti cõtingentia consuluit Bertran. cons. 9. & 10 lib. 7. & hãc esse communem opinionem refert Rolan. cons. 24. nu. 5. & 6 lib. 2. & ita de consue. Regni Franciæ seruatur. Milleus fol. 74. nu. 17. vbi refert se fecisse suspendi quendam qui vas, sacræ Eucharistiæ ab Ecclesia abstulerat pro quo vt illum refert Clarus in §. practica. q. 37. nu. 6 Subdens ita de consuetudine seruari Mediolani. Sed an iudex ecclesiasticus possit punire Iudæũ delinquentem? quod nõ ita tex. in clem. 1. de iud. & ita dicũt Doct. Anan. in rub. de Iudæis, num. 9. Et hæc dixisse sufficiãt quando contentio est inter ecclesiasticum iudicem & secularẽ videamus modo quãdo contentio est inter iudices seculares, hoc est inter magnã curiã. & Baronem siue reum delinquẽtẽ, & denũ inter iudicẽ loci delict. & originis siue domicilij qui in delictis de iure communi dicuntur iudices cõpetentes, vt de iudice ratione delicti est tex. in l. fin. ff. de accusa. l. solent. ff. de custod. reor. l. non dubium, ff. eo. l. 3. ff. de re milit. l. 1. C. vbi de crim. l. si cui crimen, § idem Imperator, ff. de accusa l. si dum in tuo, C. de adult. Et quod de iure communi iudex loci delicti possit contra delinquentem procedere, etiã quòd alias non sit suæ iurisdictioni suppositus, eumq; condemnare & punire, & ita receptum esse, fir mauit Couar. pract. q. 11. nu. 3. Quod autem iudex originis sit etiam iudex competens in delictis, tu habes tex. in l. relegatorum, §. dubitatũ ff. de releg. & inter. Et de iudice domicilij tu habes tex. in l. in criminali, C. de iurisd. omn. iud & in l. 2. C. vbi de crim. & in d. l. relegatorum, § interdicere. Et quod delinquens possit puniri à iudice loci in quo reperitur habere domicilium tempore commissi delicti, & hanc esse communem conclusionẽ nemine discrepante, non solum si ibi reperiatur, sed etiam si sit absens adhuc posse illum citare & si sit contumax condẽnare, refert ita iuris esse Afflict. in 3. par. constit. Reg. Rub. 55. nu. 18. quam opinionem dixit esse communem Abb. in c. fin. nu. 41. de foro competen.

ADDITIO FABII DE Paulis V. I. D.

MAgna est controuesia inter Doctores, num iudex originis vel domicilij possint ex officio inquirere, & ex delicto extra territorium commisso contra delinquentem procedere dicit Oldrad. in l. cunctos populos, C. de sum. Trin. & fide cath. quod

Digitized by Google

quòd non, quia nō videtur offensa res publica in cuius territorio delictum non est commissum, merito non posse procedi per inquisitionem, quę principaliter tendit ad publicam vindictā ita etiā firmauit Bal. in l. 1. C. de edil. actio. Salic. in l. seruos, C. ad leg. Iul. de vi publ. & hęc est magis communis opinio, secundum Soccin. in l. à Diuo Pio, §. sententiam Romæ, nu. 16. ff. de re iud. relatū per Viu. lib. comm. opin. in verb. Iudex domicilij, num. 1. & ita fuit opinio Rhoffredi, quam dicit tenere communiter Docto. Alber. in 3. par. statut. q. 36. nu. 6. sequitur Io. de amicis cons. 60. nu. 10. Rolan. cons. 19 nu. 20 lib. 2. & ita quasi cōsuetudo generalis est dicit Bal. in l. fi. nu. 17. C. si à non compet. iud. Dicit autem Boss. in tit. de foro compet. nu. 182. cōtrariam sentētiam esse de iure veriorem, quòd scilicet possit iudex originis contra subditum suum, qui extra territorium deliquit ex officio inquirere, & procedere, vbi subdit quòd hanc opinionem vsus approbauit, & dicit Marcus decis. 989. nu. 6. quòd ita tenēt cōiter omnes, & ita de consuetudine obseruari refert Cagnol. in l. fin. nu. 153. ff. de iurisd. omn. iud. & ita de facto seruatum fuisse refert Angel. in repet. l. si vacantia, relatus per Ana. in cap. qualiter & quando, num 30. in fin. de accusa. hanc etiam esse communem opinio. refert Bologn. cons. 57. ver. Sed plus dicunt, Aug. ad Ang. de malefic. in verb. Hæc est quædam inquisitio, post num. 83. Couar. pract. q. 11. post num. 6. vers. sexto in hoc Quid igitur tenendum, breuiter distinguas aut loquimur secundum consuetudinem Regni nostri, & secundum illā teneas partem negatiuam quod scilicet, nō possit procedi, & ita fuisse decisum per sacrum Regium cōsilium, refert Gram. decis. 26 vbi refert quendam fuisse remissum. Aut secundum dispositionem iuris communis, & tunc, si essem iudex malefici orum tenerem partē affirmatiuā quòd scilicet possit procedi. Non enim potest negari quin publice interfit, vt hi qui origine vel habitatione sunt subditi, rectè viuant, (licet ex delicto patrato principaliter non videatur offensus locus originis vel domicilij) & vbicunque delinquat ab ipso etiam Præside suo puniatur argumento tex l. congruit, cum ibi not. ff. de offi. præf. alias daretur materia delinquendi, & quilibet sceleſtus ad delinquendum properaret, si sciret se in loco in quo habitat puniri non posse.

DE ORDINE IVDIciorum.

CAPITIS OCTAVI.

SVMMARIVM.

1 *Magna Curia Vicariæ, quando teneatur remittere delinquentem & ex quibus causis & quando.*

2 *Magna Curia Vicariæ quando teneatur remittere delinquentem Iudici originis, & quando loci delicti.*

PRæmissa prosequendo (post quam in Regno magna curia Vicariæ est omnium iudex competens, vt est tex. super rit. mag. cur. incip. In primis cum non humanæ) quæro an dicta magna curia teneatur remittere delinquentem, & videtur quòd non, nā si est iudex competens bene potest ipsa, delinquentem ipsum punire & sententia valet. Sententia enim à non cōpetenti

Digitized by Google

petenti iudice lata ipso iure non valet, & pœna statuitur, leg. is qui suam C. de iurisdict. omn iudic. in contrarium est veritas Si quidem pro primis causis in Regno iudex competens iudex domicilij vel originis, vt in prag 2. vbi de delict. & sic proposita fori exceptione vel per delinquentem vel per Baronem, ibi reum remittere debet, vel ad iudicem loci delicti vbi deliquit vt in prag. 1. eod. tit. seruata forma eorum priuilegiorum vt infra. Re
1 gulariter igitur remittendus est delinquens &c. Nisi crimen Maiestatis fuisse commissum dicatur. (Cuius criminis species notantur infra in secūda parte) de quo sola magnacuria cognoscit vt in cōst. Regni statuimus vt magnæ. Secundo limita, nisi de crimine falsæ monetæ agatur Cap. Regni iam sæpæ. Tertio limita, nisi crimen clandestinū sit, vt in cap. Reg. Clandestinus, & ibi. Niger, Foller. pract. crim. fol. 13. n. 2. Quarto limita, nisi delinquens sit inquisitus de strada publica iux. tex. in prag. 5. vbi de delict quis conueniri, debet. Quinto limita, nisi iurisdictio prorogata sit ad dictam magnam curiam, per viduam pupillam aliamue aliam miserabilem personā, vt in l. vnica, C. quando inter viduā & miserab. perso. & in const. Reg. statuimus, la secōda Hi enim possunt Principē adire & nō est locus remissioni. Nisi vidua qui forum elegit, luxuriosam & inhonestam vitam duxerit quo casu nō debet gaudere priuilegijs quæ à iure viduis conceduntur & ita tenēt omnes vt dicit Feli in c. significantibus, post n. 8. de offic. deleg. & ita se obtinuisse refert Foller pract. crimin. fol. 93. nu. 115. Secundo sublimita, nisi Baro habeat priuilegium expresse cum clausula abdicatiua & priuatiua, etiam respectu miserabilium personarum, tūc enim electio facta non noceret, & ita quotidie seruatur in magna curia. Ter tio sublimita, nisi hę priuilegiatę per sonæ contra alias priuilegiatas agāt, tunc enim electio facta no haberet locum & causa remitti debet, nisi in casibus notatis per Foller. fol. 88. in sua pract crimin. num. 105. conquassantur enim priuilegia vt dicunt Doct. Scias etiam quòd licet tex. in l. 3. ff. de libe. caus. voluerit quod casu quo concurrunt plures accusantes, & concurrūt fœmina & masculus, quòd præferatur masculus fœminæ, casu quo essent in pari gradu & ideo facta electio ne in magna curia per viduā de morte mariti superuenientibus pupillis filijs, remittenda est causa ad iudicem ordinarium petitum per pupillos, nisi remissio, ista causæ pareretur per collusionem, vel per fraudē, & vt res facilius reducatur ad concordiam, Boer. decis. 228. quem refert & sequitur Foller. in pract. crimin. fol. 85. nu. 97. vbi in fine subdit quòd semper quando petitur auocatio causæ à curia Regia ad Baronē, videtur fieri in fraudem. Sed an facta electione per viduam in magna curia possit illam declinare & petere causam remitti ad Iudicem competentem ordinarium? Respon. quòd non sic mel enim facta est electio & iuratum perhorrescentia, & ideo non possunt variare, Bald l. 1. C. de fur. ver. quarto casus, in curia enim Regis non cadit potentia nec mætus, quæ idem sunt, Card. in clem. 2. §. notorium, de re iudic. & not in l. 1. & ibi Bar. C. de his qui per met. iudi non appell. Bar. in l. fin. ff. quod mætus caus. Quid autem si vidua vel alia miserabilis persona succubuit coram iudice ordinario prima rum causarū an facta electione in magna curia omisso medio, causa sit remittēda. Respon quòd sic Regia enim curia non potest adiri pro iustitia denegata, nisi aditis erinis iudicibus, & denegātibus facere iustitiam, §. sit ibi tertium studium. ver. si vero cum te non adierit, in Auth. de mād. Princip. tex. in cōst. Reg. statuimus, la secōda,

& ibi

Digitized by Google

& ibi Afflict. nu. 3. relatus per Foller. in pract. crimin. fol 94 nu. 118. Præterea locus remissioni esse non potest vbi quis inquiritur de iniurijs, vel excessibus factis non obstante salua conductu, & salua guardia facta per Regem, Idem Foller. fol 93. num. 115. in dicta sua pract. crimin. Prout etiam locus remissioni esse non potest, vbi inquiritur de receptatione contumacium, & bannitorum magnæ curiæ, & ita fuisse decisum refert idem Foller. fol. 101. in dict. sua pract. crimin. num. 134. in fin. Sed an magna curia teneatur remittere scholarem delinquentem, ad rectorem studij quod sic de iure Auth. habita, C. ne fil. pro patr. Quod de consuetudine hodie non seruatur, vt dicit ibi Bart. num. 4 & præcise in Regno nostro. De iure etiam communi milites debent remitti pro delictis militaribus tantum ad Capitaneos, leg. magisteriæ, & ibi Salic. C. de iurisdict. omn. iudic. Sed de more & consuetudine belli Capitanei de omni crimine per armigeros & pedites commisso cognoscunt, & puniunt, Boer. de custo. cla. num. 29 & sic sunt remittendi. Prærerea scias quòd si homicidium aliquod commissum fuerit cum armis prohibitis, quod remitti debet ad iudicem competentem, & ita fuisse decisum refert Foller. in sua pract crimin. fol. 101 num 136. in fin. & ita seruatur. Et videas eundem Foller. fol. 99. num. 131. si audientia testium fuerit commissa per magnam curiam proprio iudici testium, & falsum deposuerint an sit locus remissioni, videas insuper Afflict. decis. 219. si laicus committat falsum testimonium coram iudice Ecclesiastico, nunquid poterit eum punire? Sed an dicta magna curia teneatur remittere famulos laicos Archiepiscopi delinquentes? quod sic, Capic. decis. 12 facit text. in cap. fin. de offic. Archidiac. Abb. in cap. 2. num. 6. de foro competen. relatus per Boss in tit. de for. competen. num. 127. vt supra, secus in famulis clericorum. Baronum autem officiales in officio delinquentes de de iure Regni remittendi non sunt, quia de eis sola magna curia cognoscit vt notum est, licet secus sit de iuris practica. Amad. de Syndic. num. 171. Prout etiam sola magna curia cognoscit de offensa facta regio executori, prætextu eius officij, Foller. fol. 95. num. 143. circa medium. vbi etiam quid si ipsi offendant. Et vide eundem Foller. in dicta sua practica criminal. fol. 96 num. 125. an in crimine raptus locus sit remissioni. Vagabundum autem vbique posse puniri (& sic non esse locum remissioni) voluit glos. fin. in leg. 1. C. vbi de crimin. agi oportet quam Doct. frequentissimo consensu sequuntur Couar. pract. quæst. 11. num. 7. Foller. fol. 95. num. 125. in sua pract. crim. & dicit Bart. in leg. hæres absens, §. proinde, ff. de iudic. quòd per illam glos. quæ dicit vbi te inuenero ibi te iudicabo multi ribaldi suspensi sunt & quotidie suspenduntur. Quis autem dicatur vagabundus in Regno; videas prag. moderniss. & Illustriss. domini, Proregis sub die vltimo mensis Iulij 1577. confirmantis prag. 1. de vagabun & de iure communi videas Bart. in leg. 4. § prætor ait, num 24. ff. de dam infect Quid dicemus de crimine assassinij commisso in territorio Baronis num causa sit remittenda? dicit Boss. in tit. de foro compe. num. 65. quòd sic, quòd tamen intelligo, si ad instantiam Baronis habentis priuilegium specifice cum clausula abdicatiua & priuatiua, petatur, secus si ad instantiam delinquentis, ita Foller. in sua pract. criminal. fol 95 num. 120. secundum quam opinionem reperies fuisse iudicatum in magna curia Vicariæ, & remissum quendam Assas-

Digitized by Google

Assassinum Alsmiragliato. De crimine etiam sodomiæ fuisse iudicatum quod causa remittatur & ita seruari in magna curia etiam reperies. Sed an casu quo quis remitti debeat ad suum iudicem competentem pro delicto debeat remitti, si pro eo delicto contumax reperiatur in magna curia? Respon quòd non ita Foller. in sua pract crim. fol. 134. nu. 51. vbi plene. Offendens autem officialem Baronis non est dubium quòd causa sit remittenda idem Foller. in dict. pract. fol 94. num. 119. Prout etiam remittenda est casu quo actuarij, nuntij, Castellanique delinquerint Curijs illis vbi inseruierunt, tunc temporis idem Foller. fol 102. num. 138. & ex his, habes quando causa sit remittenda ad Baronem & quando non, verum quia dubitatur an causa debeat remitti loci delicti, an iudici loci originis vel domicilij. Ideo quæro an habens priuilegium & iurisdictionem in suos vassallos etiam de delictis extra territorium cum clausula abdicatiua, & priuatiua, & iudex loci delicti habeat potestatem & iurisdictionem contra quascumque personas delictum committentes in suo territorio, sit causa primo iudici remittenda, & sic originis seruata forma regiæ prag. 2. vbi de delict. an vero causa sit remittenda secundo iudici, & sic ratione delicti seruata forma alterius, 1. prag? Respon quòd si priuilegium primi iudicis est anterius priuilegio secundi iudicis, ideſt loci delicti ibi remittendus est delinquens, & ita per plus affirmauit Foller. in dict. sua pract crim. fol. 76. num. 65. cum seq. & ita fuisse decisum inter Illustrem Principem Salerni, & Illustrem Ducem Nuceræ paganorum in factis cõtingentia. Qua opinione & decisione stante scias quod licet exonerans archibuscium ex territorio iudicis originis, & hominem occidens in alio territorio, de iure communi iudex competens sit iudex delicti loci vbi consumatum est homicidium, & sit locus præuentioni, prout ita communiter concluditur teste, Abb. in cap. fin. num. 25. de foro compet. tamen virtute dicti priuilegij remittendus est iudici lòci originis, siue domicilij, eodemque modo mandens fieri delictum in vno loco, licet de iure communi puniri debeat in loco vbi secutum est mandatum, & delictum consumatum (tamen remittendus est iudici originis vbi mandatum fuit delictum) & est communis opinio Abb. in dict. cap. fin. num. 27. de foro compet. Maria. Socc. in cap. postulasti, & de foro compet. num. 5. Plcza lib 1. delict. cap. 15. nu. 17. Eodemque modo stante prædicto priuilegio ratificans delictum in loco originis ibi puniri debet licet alibi sit homicidium consumatum, quod secus est de iure communi, Maria, Socc. in dict. cap. postulasti, num. 5.

NOTABILE CAROLI Grimaldi V. I. D. In hoc cap. 8.

DVm instatur In M. C. V. per Baronem pro remissione alicuius carcerati Inquisiti, & hoc virtute suorum priuilegiorum licet Iudex antequam deueniat ad actum remissionis plura examinare debeat, de quibus mentionem fecit Guid. Papa Decis. 202. tamen duo inter cætera præoculis habere debet; primo num delictum de quo Inquiritur sit commissum, l. 1. §. item illud ff. ad Sen. Conf. silla Secundo saltim summarie cognoscere an inquisitus deliquerit Glos. in Clem. Pastoralis in verbo de more de re iudic. Roma. in l. fin. §. 1. ff. De Publi. & vectig. Ang. in l. fin. in fin. C. de

Digitized by Google

de Accusat. Oldrad. cons. 124. & si plures rationes in hoc allegari possint saltim illa semper mihi videtur fuisse in consideratione Dominorum Iudicum magnæ curiæ, nè inquisitio, & accusatio contra carceratum, cuius remissio petitur sit odio particulari Baronis, quo casu cum primũ cognoscũt non remittunt; sed carceratum liberant; vt pluries vidi iudicatum ab Illustr. Domino Vello Iudice dignissimo, & nunquam satis laudato, non enim permittunt; vt illius priuilegio vtatur ad necem; in quibus remissionibus fisci patroni toto corde repugnant, vt vidi obseruari à pluribus qui pro tempore fuerunt, & in specie ab Illustr. Domino Io: Camillo Bilotta viro integerrimo, & eruditissimo, & sic continuari per Illustr. Dominum Marcum Antonium fatam successorem in officio virum summæ bonitatis, ac bene meritum, & non sine ratione quia priuilegia alijs concessa dicuntur in perniciẽ ordinarij iudicis & sic mag. cur. vt dicit Glos., in cap. ordinarij in verbo dispensationes de offic. ordin. In fexte, merito ergo repugnant.

ADDITIO FABII DE Paulis V. I. D.

SOlet dubitari an laicus donans omnia bona sua Hospitali Diuę Annunciatæ Neap. aut aliquo loco religioso, & demum committat aliquod delictum, sit remittendus ad iudicem ecclesiasticum, videas Aufrer. decis. 8. qui alleg. Abb. in cap. non dubium. de sent. excomm. & in c. 2. de foro competen. Imol. in clem. 1. de decim. sed an respectu suspicionis possit iudex in criminalibus recusari, dic quòd sic ita glos. in cap. qualiter & quando, in glos. magna in ver. item si ille, de accusat. quam dicit esse communiter approbatam, Card. in cap. de accusa. col. 41. ver. venio ad septimum, 2. quæst. 8. & ita tenent communiter Docto. Marian. Socci. in dict. cap. qualiter, & quando, num. 78. An autem de iniuria illata officiali, vel alicui de eius familia possit iudex ipse declinari, videas Clar. in §. practica, quæst. 34. num. 26. & vide Foller. in sua practica crimin. in verb. Audiantur excusatores, num. 169. cum sequ. Quando habens ciuilem iurisdictionem in vno castro teneatur remittere pœnas pecuniarias quæ fisco applicandę veniunt, habenti iurisdictionem criminalem in eodem castro.

ADDITIO IO: THOMAE Alphani V. I. D.

IOannes Carolus Vitulus de terra Castileonis fuit conuentus in curia terræ prædictæ per Gregorium Fontana super solutione certæ quantitatis pecuniæ & demum absolutus, prædictus Gregorius appellauit ad mag. cur. & prætendens fuisse passum sententiam prædictam ex causa falsorum testium contra ipsum examinatorum in dict. causa instetit in mag. cur. quod dict. actor declararet si vult vti testibus prædictis qua declaratione facta dict. Gregorius exposuit que relam de falso contra dictum Ioannem Carolum principalem, & dictos testes asportauit copiam actorum ad actuarium criminalem, & omnes prædicti tam principalis quam testes fuerunt citati ad informandum de falso per mag. cur. qui cum comparuissent fuit petita remissio per procuratorem Illustriss. Marchionis Vasti vtilis Domini dictæ terræ, & eius intentio prætendebatur fundari quia omnes erant subditi de dicta terra & iudicij erat actum in curia terræ prędictæ & iam dict. causa fuit remissa per

Digitized by Google

per d.mag.cur.interposita appellatione per querulantem,& causa commissa D. de Franchis per dictum querulantem dicebatur quod sentétia mag. cur.erat reuocanda, & prouidendum per Sac.Consi.quod causa remaneret, & hoc prætendebatur,quia licet iudicium fuisset agitatum in Curia dictæ Terræ, & in dicto iudicio fuissent examinati dicti testes omnes essent extera tamen delictum falsitatis erat consumatum in mag.cur.in qua fuit facta declaratio circa vsum, & idcirco dicebatur debere attendi locum consumati delicti secundum Bald.in l.1 nu. 2. C.vbi de poss.agi oportet Alex. in cons.75.nu.3.lib. post Bart. in l libellorum nu.70.de accus.quibus attentis fuit decisum per Sac. Consil. quod d. causa remaneret in eadem mag. cur. de anno 83.de mense Martij,in qua causa quia prætensa falsitas non militabat, & querelati sunt boni viri non fuit processum.

ADDITIO IVLII CAEsaris Comi V. I. D.

CVm Marchio Vasti apud maiorē Iustitiarium contenderet ad suā iurisdictionem pertinere iudicium illius qui tabellarium ad Neapolitanū quondam literas perferentem aggressus literis interceptis vulneraverat, tùm ratione loci delicti, tùm etiam ratione originis,atque domicilij causaque denegata, Senatus ab ipso aditus re diligenter disputata Saler.referēte superioribus diebus idem respondit, tùm facinorum grauitatem detestatus præsertim securitate frequentiorum itinerum violata, tùm etiam quoniam cum inter tabellarium, atque reum nulla esset inimicitia, existimauit ad illius damnum, & iniuriam ea crimina esse præcipuè referenda ad quem literæ scriptæ erant,cuius intererat illas reddi,cum ad suam vtilitatem pertinerent,lege Iurisc.c.14.§.si epistola de furtis Crau.in respon.45.post Principium Roman in resp.365.ac rursus Iurisc.in cap.28.§.grassatores ibi atque in itineribus de pœnis. Hæc extant apud Micænam.

DE ORDINE IVDIciorum.

CAP. NONVM.

SVMMARIVM.

1 *Officium iudicis vbi locus remissioni esse non potest, vsque ad num.6.*

1 COnstituto reo in iudicio vel qui captus fuerit vel sponte comparuerit, solent iudices adhibito notario super ipso delicto examinare, reum interrogando quomodo,&qualiter reperiatur captus,& ex qua causa carceratus, & de alijs circumstantijs, prout causa deposcit; & si delictum confitetur,non est vlterius examinandus de iure communi,sed ad vlteriora proceditur Marian. in.allega. cap.qualiter, & quando post nu.217. de accusat quòd de consuetudine non seruatur id. Marian.ibidem:Et si reus coram iudice constitutus nolit respōdere interrogationibus sibi factis precise affirmando vel negando vel nihil respōdendo,vel non recordor, vel nescio,potest prout debet iudex illum ponere ad torturam & illum cogere, vt respondeat affirmatiuè,vel negatiuè,trina monitione præcedente,secūdum Bal.in l.accusationem post n.11. vers.super hoc melius C.qui accus.nō poss, quem sequitur Brun. in tract. de

C indit.

Digitized by Google

indit. & tort. in quin. q. 2 par. nu. 4. quorum opinio approbata fuit in Sac. Cons. teste Capyc. decis. 145 inchoanti, in causa cuiusdam accusati. Planè hoc intelligendum est, vt omnino præcedant indicia contra reum, alias respondere non teneretur, vt dicit Aretinus in d.c qualiter, & quando §. debet col. 4. vers. in foro autem, de accusat. quod si non præcedit diffamatio, 2 reus respondere non tenetur. Sed si reus negat delictum, parte citata debent repeti testes, & examinari super veritate dicti, & ita tenent communiter Doct. vt dicit Card. Alex. in loco prælleg. Quinimmo valde grauiter erraret iudex qui omissa tali testiū repetitione procederet ad torturam, vel condemnationem cum nullam fidem faciāt Blan. pract. crim. fol. 5. nu. 33. & est communis opin. Quæ quidē repetitio debet fieri cū omnibus qualitatibus, quæ requiruntur, vbi isti testes repetendi nunquā fuissent examinati, & proinde debent de nouo iurare, alias fidem nullam facerent. Et si sunt testes quorum dictis de iure non est adhibenda fides, nisi cum tortura, puta quia essent socij, criminis non sufficit quod prius fuissent examinati in tormentis, & quod de nouo iurarent, sed etiam opus esset, vt de nouo in tormentis ponantur, vt in illo dicto perseuerent, ita domi. Clar. lib. 5. sent. §. pract. q. 45 num. 13. Planè scias quod si recognitio vel confrontatio esset facta per testes cum ipso reo, & in eius præsentia confirmaret eorum dicta quod prius dixerat, quod eo casu isti testes dicuntur parte citata repetiti, & ita practicatur, vt dicit Affl. super 2. par. Const. Reg. rub. 10. nu. 20 Quæ recognitio fieri solet, seu cōfrontatio quādo testes dicunt cognoscere reum per signa vel si dicant eum non cognoscere de nomine, sed de visu. Itē quando testes sunt inter se contrarij, vel quando testis deponat tale quid, quod de directo operaretur dicto eius in suo examine, & debet reus testibus adhiberi non solus, sed positus inter alios tres aut quatuor illi similes, vestibus statura, & facie quoque, & ita in Regno seruatur, vt refert Foll. practi. crim. fol. 27. nu. 46. Præfecto tandē examine factisq. debitis testium recognitionibus, & confrontationibus, debet iudex reum carcerare: rei quidem 3 apprehensi custodiendi sunt dicit tex. in l. 2. §. fin. ff. de exhib. reis, & in l. 2. ff. de custod. reor. & ita vt plurimum fieri consueuisse attestatur, Benedict. de Plumb. in repe l pen. §. ad crimē, post nu. 69. ff. de publ. iudi. Dummodo tamen pro delicto imponenda veniret pœna corporalis Card. Alex in c. quisquis 2. q. 8. & ita de consuetudine seruatur. Vbi vero pœna corporis afflictiua imponenda non veniret, tunc reus non est carcerari mancipandus, ita Ant. Gomez cap. 9. delict. nu. 8. vbi dicit ita tenere Docto. sed debet fideiussoribus relaxari si id à reo petitum fuerit d. l. secunda qui concor. l. 3. ff. eod & dicit Affl. in 2. par. Const. Reg. quod si reus in prædictis casibus petat se fideiussoribus relaxari, & iudex eū non relaxet quod tenetur in syndicatu. Et ita etiam accusatus vel de crimine capitali delatus dando fideiussores de standō iure non carceratur, & si est carceratus debet relaxari, & extra carceres se defendere de iure. Regni nostri cautum inuenitur in constitut. humanitate, confirmata per prag. 4. de custod. reor. nisi in casibus notat. in d. const. humanitate, pro quibus possunt iudices reos in arctos carceres conijcere, & prohibere ne cum aliquo loquātur & ita practicatur per iudices peritos, & expertos, vt dicit 4 Ant. Gomez c. 9. delict. nu. 6. His itaq; peractis dandus est terminus in causa. Nemo enim in criminalibus condemnari debet nisi prius dato termino ad faciendas suas defensiones, etiam in

delicto

Digitized by Google

delicto ſponte confeſſo, & ita ſeruat totus mundus, vt dicit Sali. in l. 2. poſt nu. 7. C. de cuſtod. reor. Caren. pract. fol. 438. nu. 45. Boſſ. in tit. de ſentent. nu. 5. immo Princeps de plenitudine poteſtatis non poteſt tollere reo in criminalibus ſuas defenſiones ſecundum Bald. in l. 3. §. ſi is pro quo, verſ. in eadē gloſ. ibi non obſtante ff. quod quiſque iuris Marſ. pract. crim. §. expedita nu. 76. poſſet. n. reus contra propriam confeſſionem multa deducere & ita conſuluit Gram. cōſ. 16. & debet dari reo etiam nō petenti, Poll. pract. crim. fol. 248. nu. 1. ſcias autem, quòd de iure Reg. in crim. læſ. maieſt. non datur terminus ſine Regio aſſenſu, vt in Conſt. Reg. Hi qui & in cap. Regni. Nuper ad Tranum, in primo tamen capite, Barth. de Cap. ibid. Sed an terminus ſit dādus fiſco videas ritum mag. cur. incip. Item ſeruiat ipſa curia raro. Vel audientia teſtium committenda in criminalibus videas Caran. ſuper rit. 155. nu. 2. & ſeq. & prag. 1. de dilatio. Quo termino dato danda eſt copia reo ſi eam petierit Rip. in l. 2. nu. 8. C. de eden. cum teſtium nominibus & cognominibus, vt in c. qualiter, & quando, el ſecondo, §. d bet igitur de accuſ. Cæpol. conſ. crim. 65. circa fin. Niſi tamen teſtes reperiti non fuerint reo, legitime citato, vel habitis pro repetitis Maran. in ſuo Specu. fol. 80. nu. 8. in fi. Item niſi fiſcus reluctet, & hanc eſſe generalem practicam in Regno refert pract. crim. fol. 269. nu. 1. & ita practicaui, licet dederim teſtes pro repetitis. Tertio non datur copia ſi plures ſint rei de eodem delicto, vnus quorum ſit præſens alij vero contumaces, & eſt bona pract. domi. Clar. in d. §. pract. q. 49. num. 7. & ita practicatur. Beneuerum eſt quòd datur in Regno copia depoſitionis rei. Non eſt omittendum quòd reus poteſt illi termino renunciare, & admittitur huiuſmodi renūciatio, & ita dicit ſēper ſe practicaſſe Aug. ad Ang. de malef. in ver qui iudex dictis inquiſitis nu. 8. & hac practica vtuntur hodie aſſeſſores idem Aug. quo ſup. nu. 14. Sali. in l. ſi accuſatoribus num. 11. C. de accuſ. Duo tandem termino vt ſupr. & conſignata copia indiciorum reo, debent eius defenſiones recipi, quo termino elapſo fit publicatio in cauſa, vt in Conſt. Reg. Vniuerſos, & ſingulos. Qua facta ſolet peti repulſa teſtium quæ eſt ſpecies defenſionis, & eſt concedenda Affl. deciſ. 351. & non ſolum reo, ſed etiam accuſatori, vt in cap. Regni, in generalibus inquiſitionibus, ſcias autem quòd quando aliquis vult opponere contra perſonas teſtium non ſufficit opponere generaliter, quod ſunt periuri infames &c. Sed opus eſt ſpecificare locum & tempus commiſſi delicti, & eſt communis opin. Boer. deciſ. 321. nu. 2. Qui autem poſſint eſſe teſtes, proxime dicam.

NOTABILE CAROLI Grimaldi, V.I.D. ad nu. 2. huius cap. 9.

NOn igitur te lateat, quod licet in recognitione, ſeu confrontatione delinquentis ſit obſeruanda practica; de qua hic per authorem, tamen ſi delinquens in continenti, vel poſt aliquos dies comprehenditur cum eiſdem veſtimentis cum quibus erat tempore patrati delicti cum eiſdem debet in iſto actu coram teſtibus apparere; vt facilius recognoſcatur, ita dicit Iacob. Buttrig. in tract. de teſti. tit. de contrariet. teſt. nu. 17. Si verò poſt aliquod temporis ſpatiū, quo in vinculis ducitur, non cum illis comparet, fit actus cum his cum quibus reperitur.

Digitized by Google

DE ORDINE iudiciorum.

CAP. DECIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Testes qui esse possunt.*

1 MVlti enim sunt qui à testimonio dicendo repellũtur & proinde vt breuiter de his notitiam habeas, facias regulam generalem quod regulariter testes probant vel saltem præsumptionem inducunt l. 3. in prin. l. ob carmen §. si testes ff. de testib. & hoc amplia procedere quãuis mulier testis sit l. ex eo ff. de testi. l qui testamento §. mulier ff. de test. Nomen enim ambigitur de iure ciuili mulierem testẽ esse posse etiam in causis criminalibus, & ita cõiter tenetur Blan. de indic. fol. 281. nu. 350 quam opinionem dicit esse cõem Abb. in c. quoniam, de testib. Duennas reg. 315. 2. limita. & capitalibus & in hoc ius ciuile vbique seruatur, vt dicit Vital. de malefic. in rub. de testib. nu. 37. Ni si tamen mulier palam quæstum faciat l. 3. §. lege Iulia ff. de testib. Non. n. in criminalibus meretrix testis esse potest, & ita tenent communiter Doctor. Ias. in l. cunctos populos in 2. lectur. nu. 54. C. de sum. Trin. & fide cathol. De iure autem canonico in criminalibus mulier testis esse non potest, & ita cõmuniter Doctor. concludunt, teste eod. Blanc. de indic. nu. 351 Duen. reg. 315. in princ. quod intellige in causis criminaliter intentatis, & ita cõiter teneri, attestatur Io. de Imol. in l. qui testem §. mulier, circa fin ff. de testa. quem refert Aug. ad Angel de malefic. in verb cõparuerunt. & negauerunt, post nu. 14. Cæterum in causis criminalibus ciuiliter intentatis bene admittitur, & sic seruatur in terris ecclesiæ idem Aug. quo supra alleg glos. in c. super eo, & in c. ex literis de testi. Secundo amplia quod testes probant quamuis plures testes ex eadem domo producantur, l. pater & filius ff. de testib. Item amplia quãuis de ciuili & criminali causa testimonium perhibeatur l. 1. §. 1. ff. de testib. Quam regulam multis modis ampliatam vt supra, limita non procedere, si nõ sit legitimus testium numerus exemplo l. testium facilitatẽ C. de testib. regulariter autem duo testes sufficiunt l. vbi numerus ff. de testib. & ideo vnicus non sufficit l. sancimus C. eod. l. maritus ff. de quæstio. Secundo limita si testis fides vacillet, in testimonijs. n. fides, dignitas, mores grauitas examinanda est. Et ideo testes qui aduersus fidem testationis suę vacillant, audiendi non sunt vt in l. 1. in princ. & in l. 2. ff. de testib. Tertio limita, si testis, homo sit notatus, & reprehensibilis, humilis & abiectus l. 3. in princ. ff eod. §. corroborantes, in auth. eod. Eos quidem testes ad veritatem adiuuandam adhiberi oportet, qui omni gratiæ & potentatui fidem religioni iudiciariæ debitam possint præponere l. 4. C. de testib. Item limita, si testis ob testimonium dicendum, vel non dicendum pecuniam accepisse conuictus fuerit d. l. §. lege Iulia ff. eod. Item limita, si testis in vinculis sit vel in custodia publica d. §. lege Iulia. Item limita, si testis iudicio publico reus sit l. in testimonium ff. de testib. vel damnatus d. §. lege Iulia, in fin. & pone exemplum in l. seio quidem, cui concor. l. ex eo quia ff. de testib. aliud exemplum in l. repetundarum ff. eod. Item limita, si testis in publico iudicio calumnię sit damnatus, l. quæsitum ff. eod. Nono limita, si ob carmen famosum sit damnatus l. ob carmen, ff. eod. Decimo limita, si testis hæreticus sit l. quoniam C. de hæretic. quia repel-

Digitized by Google

repellitur nisi hæreticus contra hæreticum, testimonium ferat d l. quoniam ibi, inter se aut, exceptis scilicet his, quos manichaicus furor &c. vt ibi. Item nisi in testamento hæreticus testis sit, vel in contractu interueniat, vt ibidem ibi, cæterum testamentaria. Tertio nisi hæreticus pro orthodoxo testimonium ferat, vt in auth. ne iudęi vel samarit. § enim vero, vers. illud nobis, & sic habes quando hæreticus testis esse pote st Item limita regulam nostram non procedere, si testis pauper sit, l. 3. in princ. ff. de testib. & ita tenent communiter scriben. vt dicit Soccin. regul. fol 289. pauper Ioan. de Amicis cons. 78. nu. 9. Planè si pauper sit honestæ vitæ bonæ conditionis, & famæ eius testimonium valet argumento eorum. Quæ dixit gl. in l. nonnulli ff. de accusat. Item limita si testis seruus sit d. §. enim vero, in Auth. de testib. ibi si seruilis. Admittitur autem seruus si alia probatio desit l. serui responsio ff. de testib. nisi pro vel contra dominum suum testimonium ferat, l. seruos C. eod. l. 1 § diuus Antonius, & §. Antoninus, & §. si serui, l. vnius, §. serui ff de quæstio. & l. diuus Pius, eo. tit. Item limita, si testis ad bestias depugnandi gratia se locauit l. 3. §. lege Iulia ff. de testib. vel si testis minor sit viginti annis l. in testimonium ff. eod. d. §. lege Iulia, ibi. Quinè impubes erit l. inuiti testimonium, ibi. Sed nec pupillus ff. eod. l. ex libero §. 1. ff. de quæstio. Scias autem quod consuetudo admittit vt minores possint testificari si non vt probent, saltem vt prosint ad veritatem indagandam, & præsertim in criminibus atrocioribus, & ita decisum fuisset, refert Cappell. Thol. decis. 257. Sed an possit testificari de his quæ vidit ante pubertatem & in pupillari ætate? quod sic, & est communis omnium sententia Calc. cons. 110. post nu. 8. vers. Nec obstat, quod isti, dummodo deponat de rebus quas vidit tempore quo erat proximus pubertati, non ante Alber. de testib. prima par. §. videdum nu. 11. & de his rebus quas eo tempore intelligere poterat, alias secus. Item limita, si domesticus testis sit, & cui imperari potest vt testis fiat l 2. C de testib. Non. n. idonei videntur esse testes, quibus imperari potest, vt testes fiant dicit tex. in l. idonei ff. eod. Nec testet eos quos accusator, de domo produxit interrogari placuit, dicit tex in l. pen. ff. eod. Nec testis idoneus pater filio, aut filius patri esse potest l. testis idoneus ff. de testib. Itè limita, si testis amicus sit eius pro quo testimonium dicit d. l. 3. in princ. ibi, vel amicus ff. eod. vel inimicus eius contra quem testimoniū dicit §. insuper, in auth. de testib. quia repellitur, nisi causa cognita iudicialiter videatur l. 1. §. prętera ff. de quęst. Statur. n. arbitrio iudicis quis dicatur inimicus, Marsi. in d. l. 1. Scias tamen quod hoc intelligendum est de inimicitia capitali, & ita tenent oēs, Anan. in c. cum oporteat nu. 6. de accus. Feli. post nu. 8. ibidem, secus autem de leui quæ non repellit testem à testificādo, etiam in causis exceptis, vt in crimine læs. maiest. & huiusmodi cap. per tuas, de simon. Item limita, si testis contra quem testimonium profert, proditus sit, traditus vel custoditus, vt not. in l. 1 §. cum quis latrones ff. de quæst. & in l. 4. C. eod. Item limita, si testis antea in eundem reum testimoniū dixit l. produci ff. de test. Dicit tamen Aret. in c. cum P. Manconella nu. 3 & sequ. de accusat. quod si iste testis accedat sponte in causa criminali ad testificādum, quod repellitur si vero vocatus, & citatus quod admittitur. Vigesimo limita regulam nō procedere, si pater contra filium, vel filius contra patrem testis producatur l. parētes, C. de testi. vel seruus contra dñm vt supra diximus, vel libertus contra patronū l. libertorum C. de test. Itē limita, si testis

Digitized by Google

ab eo eiusu è contra quem testimonium perhibet parente se liberaverit, d. §. lege Iulia, ff. de test. vel si testis in ea causa in qua testimonium perhibet, patronus vel executor fuerit, l. fi. ff. de test. vel si testis negocio nō interfuit, vel casu non rogatus interuenit §. & quamuis, vsque ad §. si eiusmodi in auth. eiusdem tit. quod vi contra tex. l. ad fidem ff. eod. vbi habetur quod ad fidem rei gestæ faciendam etiam non rogatus testis intelligitur. Item limita si de propria causa quis testimonium perhibeat l. nullus ff. eod Omnibus. n. In re propria dicendum testimonium, facultatem iura submouerunt l. omnibus C. de testib. Quæ autem dicatur causa propria videas text. in l. 3. in propria ff quando appell. sit. Item limita si de ingenuitate testimonium feratur l. 1. C. de test. vel si de solutione quæratur, quæ per testes probari non potest l. testium facilitatem, C. eod. & §. quamuis in auth. eod. tit. Nisi tamen sine scriptis debitum sit contractum, quo casu etiam sine scriptis solutio debiti probari potest d. l. test. Ibi, vt qui in scriptis, & d. §. quamuis, vel nisi quinque testes sint per quos solutio in scriptis probetur, quia probat d. l. testium, ibi nisi quinque: si tamen testes fuerint rogati d. §. & quamuis. Et si fuerint præsto solutioni celebratæ, vt in d. l. testium, ibi. nisi quinque, & d. § quamuis. Item limita regulam nostram non procedere: si absente aduersario testes sint examinati §. scimus in auth. de testib. quia non probant, nisi aduersarius citatus adesse noluerit ad videndum eorum iuramenta d. §. scimus, ibi si interesse nolit & respuat, cui concor text. in l. 15. C. de test. §. sed cum minime, & ibi, & altera parte cessante. Item limita regulam, si testis examinatus non iurauerit l. iusiurandi C. eod. d. l. testium, ibi, hique cum sacramenti Religione. Item limita, si non apud ordinarium, sed compromissarium iudicem, testes sint examinati, i. cum apud compromissarios, & vt ibi distinguas C. eod. Item limita, si non viua voce, sed in scriptis testimonium testis ferat l. 3. §. idem diuus ff. eod. Item limita, si contraria inter se testes, vel diuersa deposuerint, quo casu fides non est adhibenda, nisi non vnus contraria sibi deposuerit, sed plures, quia tunc ei quod credibilius est standum, l. ob carmen §. si testes ff. eod. l. si testes ff. de manumiss. §. si qui plane, in Auth. de testib. Et dicit Soccin Iunior cōs. 102. num. 6. lib. 3. quod si testes sint concordes in facto principaliter, licet sint varij & contrarij in accessoris, quod eo casu probant, & est commune dictum maiorum nostrorum. Aliæ limitationes circa testes & eorum dicta iudicis arbitrio reseruantur, & ita D. Hadrianus rescripsit in l. 3. §. 1. ff. de testibus, & facit tex. in l. quæsitum scio, ibi, religione iudicantium ff. eodem scias autem, quod licet contra huiusmodi dicta (vt supra) non sit adhibenda fides, tamen si is qui contra personam testis excipit, antea eodem teste in alia causa sit vsus, non potest illum repulsare l. si quis testibus. Quod enim quisque iuris in alterum statuit id in ipsius persona quoque valere patiatur, dicit tex. in l. 1. §. 1. ibi, Scilicet, ff. quod quisque iuris. Nisi tamen ostenderit excipiens inimicitias inter se, & testem postea intersisse d. l. si quis testibus, ibi, nisi ostenderit, vel nisi non aduersus personam excipiatur, sed aduersus eius dicta, tunc enim licet eo in alia causa sit vsus, tamen admittitur exceptio, d. l. si quis testibus, ibi, non admienda, prout etiam admittitur si pecunia, vel pollicitatione corruptus docea tur d. l. si quis testibus, ibi, sed. & si liquidis. Vltimo scias quod licet testes in causis criminalibus non probent, neque faciant iudicium, nisi reddant causam

Digitized by Google

causam scientiæ, etiam si non interrogentur secundum Innoc. in c. cum causam de testibus, quem omnes sequuntur, vt dicit Marsi. cons. 90 num. 10. Est tamen intelligendum quando testes ad offensam deponunt, sed quãdo ad defensam bene probant, etiam si causam scientiæ non exprimant. Viuius lib. commun. opin. fol. 271. vers. in causa. Sic etiam omnes testes qui in causis crimin. repelluntur si tamen ad defensam producuntur, & ad probandam rei innocentiam bene admittuntur, ita sentit Specul. in titu. de inquisit. §. 1. num. 22. arbitrio tamen iudicis &c.

ADDITIO HORATII Marchesij V. I. D.

CRedo te non ignorare, quod si testis in primo iudicio dixerit nihil scire, deinde in secundo deponat de veritate facti, quod non probat, & est omnium conclusio nullo refragante & à seipso repulsatur, vt dicit Ang. de Vbald. inter cons. crimin. diuers. cons. 73. num 23. in fin. lib. 2. Secus autem si in primo iudicio deposuisset per verbum Credo, & in secundo deposuisset, de veritate facti, quia tunc 1
standum esset secundo dicto, & ita 2
videtur sentire glos. in l. de tutela, 3
in verb. probata C. de in integr. restit.
1 minor. quæ communiter ab omnibus approbatur, Soccin. cons. 95. num 7. lib. 3. scias etiam quod si testis dicat se nõ ita deposuisse vt à notario scriptum reperitur, quod eo casu magis est credẽdum notario, Ferret. cauthel. 26. Nisi tamen tractetur de puniendo teste de falso, quo casu tantum creditur testi quantum notario, & ita fuisse decisum refert Capyc. decis. 94. & 4
ita concluditur per Rimin. cons. 56. 5
num. 2. 6
7

NOTABILE CAROLI Grimaldi V. I. D. In hoc cap. 10.

NOta quantum ad repellendum testem, & inimicum nè possit contra aliquem deponere, quod non est necesse, quod testis ipse sciuerit illum contra quem deponit aliquam fecisse iniuriam, dummodo sit facta, eleganter dicit Bart. in l. 1. in fin. ff. de his qui vt indig. Alex. cons. 127. num. 18. vol. 4.

Adde hoc tex. in §. si dicatur in auth. de test. C. per tuas, & ibi Glos. de Simon, §. inimicitiæ insti. de excus. tutor. l. licet ff. de arbitr. Corn. cons. 101 litera V, vol. 2.

DE ORDINE IVDICIORUM.

CAP. VNDEICMVM.

SVMMARIVM.

1 *Officium iudicis ante torturam est citare reum.*
2 *Tortura quid sit.*
3 *Pœna iudicis qui indebitè aliquem posuit ad torturam tam de iure communi, quam Regni.*
4 *Tortura in quibus casibus locum habet de iure communi, & Regni.*
5 *Tortura non debet adhiberi nisi constet de delicto.*
6 *Et indicijs præcedentibus.*
7 *Indicia quæ sufficiant ad torturam, vsque in fin. capitis.*

Digitized by Google

1 QVoties vero nihil vlterius super est ad agendum tam ex parte accusatoris, & fisci, quàm etiam ex parte accusati, & tam in termino defensiuo quàm ad repulsam (quoties petita fuerit) debet citari reus inquisitus ad dicendum quicquid dicere voluerit, & ad discutiendum super indicijs existentibus contra ipsum, quæ per eius defensiones elisa non fuerint. Et si reus ex eis esset plene conuictus vel confessus debet iudex illum condemnare. Si semiplene, & tunc torturæ subijciat eum: Si vero nec semiplene est conuictus, tunc tanquam deficiente probatione est absoluendus. Est enim vera iuris cõclusio, quod etiam in causis criminalibus actore non probante reus absoluitur, ita Iason in l. non est nouum C. de eden. nu. 5.

2 Est autem tortura corporis, & mentis cruciatus ad eruendam veritatem repertus Gram. cons. 15. Marsil. in rubr. ff. de quæstionibus. Plane antequam

3 iudex ad tortura deueniat debet considerare ne id iniuste faciat siquidem iudex qui aliquem ad torturam iniuste ponit, ipse est capite puniendus secundum Marsil. in l. quæstionis modũ nu. 73. ff. de quæstio. & est communis opin. Boss in tit. de tortur. nu. 51. Petrus Calefat. inter cons. crim. diuers. cons. 93. in fi. lib. 2. Si tamen mors ipsius rei sequatur. Cæterum si mors non sequatur, tunc etraxordinarie puniendus, de iure communi. De iure autem Reg. hoc casu pœnam carceris biennalis irriganda venitur, in cap. Reg. si iuste, quam fuisse exequutam contra quendam assessorem, refert

4 Gram. cons. 15. vbi ita consuluit. Et ideo requiritur vt delictum sit tale pro quo quis de iure sit tormentis subijciendus, neque enim semper neque in omni causa quæstiones desiderari debent, sed cum capitalia, & atrociora maleficia tractantur l. edictum ff. de quæst. & sic de iure non est adhibenda tortura nisi pro grauibus & enormibus delictis, ita etiam Brun. in tract. de indic. & tortu. in 3. q. principali. Sed hodie siue delictum sit graue siue leue quotiescunque irriganda venit pœna corporis afflictiua, procedi potest ad torturam, ita dixit Alberic. in d. l. edictum, ff. de quæstio. & ita in Regno statutum inuenitur, vt in cap. Reg. tormenta, & in cap. Reg. item

5 caueant iustitiarij. Item requiritur, vt constet de delicto, & non deueniatur nisi in subsidium & quando aliter veritas haberi non potest d. l. edictum & l. diuus Pius ff. de quæst. & ita obseruat consuetudo. Et proinde si aliter constaret de delicto reus torqueri non debet, ita Marsil in pract. crim §. nunc videndum nu. 25. & in l. 1. in princ. nu. 7. ff. de quæstio. Nisi tamen tortura adhibeatur ad sciendum complices, & fautores, quo casu irrigari potest, protestatione prius præmissa, quod tortura adhibetur citra præiudicium conuicti, & confessi criminis, vel condemnationis, & hæc est communis obseruãtia, Cæpoll. cons. crim. 32. col. pen. vers. nec potest dici. Quinimmo factus esset iudex qui torqueret aliquem contra quem esset plene

1 probatum, si id faciat sine dicta protestatione, Alber. in rubr. C. de quæst. quę omnino est facienda, & vt in actis appareat, alias vbi reus de crimine interrogaretur per ipsum commisso, vel conuicto sine tali protestatione, & in tormentis persisteret, & negaret diceretur purgasse indicia, & probationes & esset absoluendus, vel saltem non puniretur pœna ordinaria, Boss. in tit. de inquis. n. 30. Præterea ad torméta de iure cõi non erat deueniendum nisi accusator se subscripsisset in crimen l. si quis C. de accus. & præstitisset cautionem l. certo pretio ff de quę

6 stion. quę omnia hodie cessant. Item requiritur quod præcedant indicia, & quod sint legitime probata & ad torturam

Digitized by Google

turam sufficientia, & quòd omnia debeant præcedere indicia, nemine discrepante, firmauit Bologn. in addit. ad tract. de tormen. Guido de Suzar. nu. 29. & est tex. in l. 1. in princ. & in ijdem, & in §. diuus Seuerus ff. de q. tex. in l. de minore, §. tormenta, & in l. vnius, §. in ea causa, & in l. fi. ff. eod. concord. tex. in l. 3. C eod. text. in l. si itaque, in fin. C de fal. in l. 8. C. de quę. §. oportet. Quod si secus fieret tortura ipsa illata sine legitimis inditijs esset nulla quamuis post torturam legitima indicia superuenirent, & ita tenent Docto. & adnocati, vt refert Alber. in l. maritus, ff. de quæst. & si fuisset apud tribunal ratificata glos. in l. penul. ff. de quæ. quam sequuntur Bar. & communiter alij Gand. in tract. malefic. in rub. de quæst. & tortur. 6. col. ver. item pone. & nedum in maioribus delictis, sed etiam in minoribus præfata procedunt, & hæc est commu nis opin. Brun. de indicijs fol. 93. nu. 6. Requiritur igitur quod præcedant indicia, & quod sint ad torturam sufficientia, & quod ea legitime probata fuerint. Nec enim de authoritate regia potest mandari hominem torqueri, contra quem non extant indicia, sufficientia, ita Afflict. in quem refert Gram. vot. 32. num. 9. vbi dicunt ita fuisse respōsum Regi Federico, & Car 9
dinali Columnæ, tunc temporis Pro-
regi Regni huius. Quot autem indicia sufficiant ad hoc vt quis torqueri possit? Respond. quòd vnicum, & ita de consuetudine in practica seruari, refert Io. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de præsumpt. §. species, sub nu. 3. in ver. in l. vnica relatus por Iaſ. in repet. l. admonendi, nu. 168. in fin. & ita communiter seruatur in iudicijs, Alber. in l. si quis alicui nu. 2. C. ad l. Iul. maie. Marsil. pract. crim. §. diligenter nu. 11. Afflict. super 1. par. const. Reg. rub. 27. nu. dummodo sit legitime probatum. Quia opinione retēta, scilicet quòd tortura sit arbitraria, & ea certa regula definiri nō possit scias quod vnicus testis non facit indicium ad torturam, l. maritus, ff. de quæst. nisi tamen testis iste sit integer & omni exceptione maior, & hæc est communis omnium sententia, Ruin. cōs. 147. post nu. 2. lib. 5. quo casu sufficit ad torturam, Roman. cons. 451. Bar. in d. l. maritus, nu. 1. & ita concludunt omnes Io de Amicis cons. 37. nu. 6. si tamen iste testis deponat de visu ipsius delicti, vt puta, quia vidit Titium vulnerā tem Caium, quia audiuit Seium blasphemantem Deum, & ita tenere com muniter Doct. refert Cæpol. cōs. crim. 40. in 4, dubio, ver. imo plus, & ita cō muniter dici. refert Paris de Synd. fol. 491. cap. 12. in princ. & ita in indicijs seruari refert Alberic. in l. si quis, nu. 1. C. ad leg. Iul. maiest. vbi etiam glos. Cæterum si non deponat de visu, sed de aliquo actu remoto, tunc enim vnicus testis nō facit indicium, sed requiruntur duo, & hanc distinctionem esse canonizatam in iudicijs, & in Scholis, refert Alciat. cons. 455. nu. 1. sed an iste vnicus testis (casu quo supra) faciat indicium cōtra clericum? Resp. quòd non, ita cōmuniter tenere Dot. in c. 1. de depositi. refert Boss. in tit. de indic. nu. 35. nisi mala fama procedat etiam cōtra ipsum, vt ibi. Sed an fuga faciat indiciū ad torturā? Resp. quod aut fuga est cōmissa ante informationē captā, & facit indicium ad torturā Boss. in tit de indic. nu. 49. Iaſ. in l. admonendi, in rep. nu. 158. ff. de iureiur. Aut post informationē captā, & tunc non facit indiciū Blan. in tit. de indic. nu. 281. allega. Bar. in l. 1. C. de bo. eo. 10 & quam plurimos alios Docto. Quid dicemus de confessione facta corā iudice incompetenti, num, & ipsa faciat indicium ad torturā? Respo. quòd sic, & ita seruatur Boer. decis. 90. post nu. 9. Alex. in l. magistratibus, nu. 6. ff. de iurisdic. omn. iud. & ibidem Soccinus relatus

Digitized by Google

relatus per Blan. de indic. num. 218. etiam si confessio illa reuocata fuerit coram iudice competenti, & ita in practica seruatur, idem Boer. quo supra in fin. Item quamuis clericus sit qui crimen confessus fuit coram iudice laico, Boss. in tit. de confess nu. 56. Et hæc omnia procedere intelligas, nisi confessio facta fuerit mætu tormentorum, idem Boer. quo supra num. 3. vel nisi reus reuocando huiusmodi cõfessionem, doceret de errore, Clar. in §. practica, quæst. 21. num. 33. in fin. Dicit etiam Roman. relatus per eundem Boer. in dict. decis. 90. num. 8. quod confessio facta coram iudice competenti non in forma iudicij, sed tanquam priuato & non sedente pro tribunali, quod facit indicium ad torturam tantum, sequitur Foller. in sua practica criminali, fol. 294. num. 8. allegat Roman. cons. 8. Prout etiam facit indicium ad torturam confessio facta in tormentis, non ratificata Bart. in leg. vnius, §. reus, in fin. ff de quæstionibus Blan. de indic. num. 219. allegat Bald. in leg. in bonæ fidei, C. de iureiur. & hanc esse communem opinionem refert Boss. in tit. de tortur. num. 34. Solam autem inimicitiã esse capitalem non facere indicium & ita communiter teneri refert Grã. cons. crimin. 3. num. 16. (vti remotum à facto) idem Gram. vot. 30. num 20. & ita practicatur, Boss. in tit. de indic. num. 47. nisi tamen delictum fuisset clam. commissum, Clar. in dict. §. practica. quæst 11. num. 30. in fin. Quod secus est in confessione extra iudiciali quæ facit indicium, glos. in leg. cap. quinto in glos. fin. quæ ab omnibus approbatur Marsi. sing. 310. vnde si quis dixerit extra iudicium hominem interfeciss ex proposito poterit torqueri Blan. de indic. num. 204. Minæ autem quod non faciant indicium ad torturam, nisi prolatæ fuerint per virum potentem, malæ famæ in eodem genere mali solitus minas exequi, & hanc esse communem opinionem, voluit Boss. in tit. de indic. num. 44. Blan. num. 183. de indic. Imol. in leg. fin. & ibi Doct. ff. de hæred. instit. Placza lib. 1. de lict. cap. 28. post num 18. ver. Secundo subijciam. Sed an sola fama publica siue alijs adminiculis faciat indicium ad torturam? Respon. quòd non, & ita tenent Doctor. vt refert Marsil. cons. 3. num. 4 in fin. firmauit Ias. in leg. admonendi, num. 207. ff. de iureiuran. Duennas regu. 300. in principio. Foller. in pract. criminal. fol. 156. num. 28. & hoc omnes fatentur, Gra. consil 57. num. 8. lib. 2. Nisi tamen illa mala fama, esset generalis, quia scilicet, ille homo esset diffamatus de alijs delictis, tunc enim ex qualibet leui suspicione attingente delicto, solet tortura adhiberi, modo tamen illa fama sit in eodem genere mali, semel enim malus semper præsumitur malus in eodem genere mali, cap. semel, de regul. iur. lib. 6. Blan. in pract. crimin. fol. vltim. cautel. Et hoc nisi talis diffamamus probare quod per triẽnium proximum bene vixisset, & fuisset bonæ vocis, conuersationis, & famæ, tunc enim illa mala fama probata, nihil ei noceret Salic. in leg. si minorem, C. de in integ rest. & ita concludunt omnes, Gram. super constit. reg. fol. 142. num. 7. Quod nota. Sed an assertio vulnerati faciat inditium ad torturam? Respon. quod non, & ita de stilo seruari, refert Mantua consil. 118. in fin. lib. 2. licet Angel. in leg. si quis in graui, 9. si quis moriens, post num. 1. ff. ad Sylla. totum contrarium voluerit, quod scilicet, faciat inditium, cuius opinio non tenetur, Grã. consil. 57. num. 13. & 14. Dictum autem socij criminis, sine alia præsumptione, etiam in crimine læsæ Maiestatis non facere inditium, firmauit, Afflict. super 1. part. const. Reg. Rub. 27. num. 34. & hæc est communis opinio,

Digitized by Google

nio, Boer. decis 319. num 1. Salic. in leg. fin. circa fin. C. de accus. Boss. in 19 tit. de indit. num. 149. Et ideo infertur etiam, quod solum dictum mandatarij non facit indicium ad torturam contra mandantem nisi alia concurrant Clar. in dict. quæst. 21. num. 12. Nisi duo essent mandatarij. Duo enim socij criminis deponentes faciunt inditium ad torturam, Boer. decis 319. etiam singulares, Boss. in tit. de indic. num. 159. & ita seruari in Regno nostro refert, Gram. super con 20 stit. Reg fol. 120. col. 1. in fin. Insuper mendacium sine alio adminiculo non facere inditium ad torturam refert, Gram. vot 30. num. 15. in fin. Carer. fol. 95 num. 19. & hoc tutius esse firmauit domi. Clar. in dict. quæst. 21. num. 30. in fin. principij. Prout nece- 21 tiam sola inconstantia titubatio & trepidatio rei, Carer. fol. 92. num. 120. Bart. in leg. fin. num. 3. de quæstionibus Boss. in tit. de indit. num. 22 41. Est autem trepidatio, puta quando reus deponit dubitando trepidando, vel subdando, Boss. ibidem, num. 23 42. Præterea indicium sufficiens est ad torturam, quando Cadauer. reperitur multum prope domum alicuius qui erat aptus ad committendum homicidium, & aliquid aliud adiungitur tali indicio, idem etiam si quis consueuisset frequenter ire per viam in qua reperitur cadauer. Boss. in tit. de indic num. 51. omnino per Blan. de indic. num. 289. Brun. num. 24 fol. 73. 24 Insuper scias quod si aliquis visus fuerit exire domum alicuius, cum gladio sanguinolento, & cum facie pallida, quæ domus non habet nisi vnicum hostium, & intus reperiatur homo mortuus, quod iudex considerata qualitate facti, & personarum potest vel reum condemnare ad pœnam extraordinariam sine tortura, vel ponere eum in torturam. Clar. in dict. §. practica, quæst. 21. num. 40. vbi ita semper in practica se vidisse serua 25 ri ibi refert. Præterea omnes torqueri possunt, qui sunt in domo, vbi aliquis mortuus reperitur, quando omnes sunt malæ famæ, alias illi soli qui malæ audiunt, & hoc quando non adesset aliud indicium, idem Boss. quo su 26 pra num. 50. Scias etiam quod quando testes dicunt se vidisse delinquentem de nocte nec dicunt quod lumen erat accensum, nullam fidem faciunt & à se ipsis repulsantur, & ita dicunt Doct. teste Boss. in tit. de indit. num. 27 172. Arnon. dialog. 70. Sed quid si dicunt testes audiuisse de nocte Titium delinquentem vel percutientem aliquem & eum cognouisse aduocem nunquid faciant inditium? Respon. quod sic dummodo testis habeat adeo notam vocem vt decipi non possit, Clar in dict. §. pract. quæst. 21. num. 3. 28 in princip. Sed an comparatio literarum faciat inditium ad torturam in falsitate? Respon. quòd sic si esset homo malæ famæ, & solitus committere. Viuius lib. commun. opin. fol. 193. 29 ver. comparatio literarum. In furto autem indiciũ ad torturam est quando aliquis est vicinus, & habet notam domum eius, cui subtracta res est & est male famæ puta quia ibi conuersabatur, leg. dominus horreorum, & ibi Bart. ff. locat. & ibi etiam Bald. Ias. in leg. in actionibus, colum. pen. ff. de in lit. iur. Bru. tract. de indic. quem refert. & sequitur Boss. in tit. de indic. 30 num 52. vbi num. sequ. tenet. Quod fuga famuli recedentis sine licentia domini, faciat indicium ad torturam in causa furti criminalis. Sed an res furata reperta penes aliquem faciat 31 indicium ad torturam? Respond. quòd sic, nisi doceat à quo habuerit, ita Bart. in leg. fin. post num. 5. ff de quæst. & ita in facti contingentia, consuluit Gram. cons. 14. quod intelligas procedere si tamen ille penes quem reperta est res furata, sit malæ

vocis

Digitized by Google

vocis conditionis, & famæ, secus autem si sit bonæ famæ, tunc enim etiam si non doceat, non facit inditium ad torturam, ad Ang. de malefic. in verb. & vestem celestem. num. 9. Brun. de indic. fol. 25. num. 5. & quam plures alij Doct. quos refert & sequitur, idem dominus Clar. d. quæst. 21. nu. 41. vbi in fin. subdit. Idem dicendum esset si res reperta esset penes aliquē qui solitus esset tenere & vendere tales res mobiles, & illam palam teneret, cum ex eo casu nulla suspicio
32 contra eum cadere possit. Hac igitur ratione si quis visus fuerit exire domum, & sit malæ famæ cum sardello sub pallio, & quid esse ignorabatur, indicium ad torturam, Blan. de indic. num. 418. vbi etiam videas num. 421. quòd expendens pecuniam cum ante esset pauper, nec reperitur vnde habuerit, facit indicium. Et regulariter solitus furari, & sic mala fama) facit indicium contra imputatum de furto. Glos. in leg. in ciuilem, & ibi Bald. & Salic. C. de fur. Qua stante, scias etiam quòd si schala Titij reperta fuerit ante fenestram Seij domus in qua furtum factum est, quod facit indicium contra ipsum Blan. de indic. nu. vlt. vbi etiam num. 426. an forma pedis facta in terra humida faciat indicium, & vide eundem Blan. num. 397. an in cantationes seu diuinationes, quæ fiunt per Astrologos & alios faciant indicium vbi quòd non solum non faciunt inditium ad torturam, sed nec ad inquirendum.

ADDITIO HORATII Marchesij V. I. D.

DIcit cap. Reg. Item caueat iustitiarij, quod ad tormenta non est deueniendum nisi secundum ordinationem & const. Reg. iurisque communis. Et ideo in ea procedi non potest nisi cum consilio iudicis & subscriptione, vt in cap. Reg. Item quòd in cognitionibus causarum, & in prag. mandamus quoque in tit. de offic. iustitia. Sed quis debeat puniri, vtrum officialis an assessor si tortura adhibibita esset contra formam iuris, videas cap. Reg. in accusatis, & vide Clar. lib. 5. sen. §. practica, q. 64. num. 11. an bannitus, & condemnatus in contumaciam possit torqueri sine alijs indicijs.

NOTABILE CAROLI Grimaldi V. I. D. ad nu. 8. huius cap. 11.

NOta qualitates enumeratas per Authorem vt testis faciat inditium ad torturam; Sed quid dicendum an testis qui non poterat examinari? examinatus an faciat inditiū ad torturam? Dicas quod non; Ita Bald. in leg. seruos. C. de testib. Bart. in leg. maritus C. de quæst. Cyn. in leg. fin. C. de accusat. Florian. in leg. testium §. lege iulia ff. de testib. Corn. Cons. 101. per totum vol. 2. Afflict. cap. 1. num. 4. Qui test. fin. necess. ad prob. nou. inuest. Alex. cons. 127. nu. 17. vol. 4. & si falsum deposuerit num puniatur de falso? Dicas quod sic; ita Andr. de Isern. in cap. 1. qui test. fin. neceff. Cyn. in leg. 1. Cod. de sepul. viol. Bart. in legisi quis legatum ff. de falf. Affl. in d. cap. 1 nu 4.

DE ORD. IVDIC. Cap. 12.

SVMMARIVM.

1 *Tortura quibus personis inferri pa-*

Digitized by Google

ri post, nu. 1. & 2.

2 *Officium iudicis in tortura quid sit.*

4 *Officium iudicis post torturam quid sit.*

QVia multi sunt quibus tortura inferri non potest licet adessent vrgentia inditia. Ideo quibus personis tortura sit adhibenda etiam animaduertere debet iudex.

1 Pro quarum cognitione scias quod de iure communi regulariter liber homo torqueri non debet, leg. ex libero homine, ff de quæstio quamuis de statu suo nubitet, leg de minore, §. fin. & leg si quis, ff. de quæstio. quam regulam limita primo, nisi seruus manumissus sit ne torqueatur, leg. 1. §. si seruus, ff. eod. Secundo limita, nisi liber homo obscurus sit, & in testimonio dicendo vel respondendo suspectus, §. corroborantes, in auth de testib. leg. ob carmen §. si ea re ff. de testib. concor. text. in §. si eiusmodi, in Auth eodem, quo casu tortura subijci potest, quamuis mulier sit leg. 3. Cod de quæstio. Item quamuis clericus sit leg presbyteri, Cod. de episc. & cleric. Planè sublimita hanc secundam limitationem non procedere. Primo si liber homo minor sit annis quatuordecim dicta leg. ex libero, in princip. leg. de minore, ff. de quæstio. & ita solet in vsu obseruari, leg. 1. §. impubes, ff. ad Sylla. Secundo sublimita, nisi mulier prægnans sit, leg. 3. ff. de pæn. leg. Imperator, ff de statu homi. Tertio sublimita, si is qui torquendus est in insulam sit deportatus, leg. D. Pius §. fin. ff. de quæst. Quarto sublimita si libet homo miles aut veteranus sit, aut militis filius, leg. milites, Cod. de quæstio, Quinto sublimita, si viri sint eminentes & clarissimi, horumque liberi vel decuriones decurionumue filij, leg. seueram, Cod. de dignitatibus lib leg. diuo Marco leg. decuriones leg. nihil Cod. de quæstionibus hi enim etiam torqueri prohibentur, Ni si decurio qui instrumentum, dum esset tabellio, fallum conscripsit, leg. si quis decurio, ff. ad leg. Cornel. de fal. vel nisi ob magiam vel similes artes sit accusatus, leg 7. C. de malefic. Hodie autem licet de iure regulariter liber homo torqueri non possit, contrarium tamen seruat generalis consuetudo, Guido de Suzaria in tractat. de indit. & tortur. num 82. Iacob. de Beluis, in pract. crimin. in Rub. de quæst. num 7. & ita seruatur in Regno nostro Qua propter scias quod licet Doctor. de iure torqueri non possint, tamen hodie non est obseruandum Duennas regula 190. & est communis opinio, Boss in tit. de indicijs, num. 111. & ita seruatur in Regno nostro; Eodemque modo, licet personæ positæ in dignitate de iure torqueri non possint, neque tanquam testes contra alios, vt est communis opinio, secundum Boss. in tit. de tortur. test. num 7. in Regno autem nostro non obseruatur, & meis temporibus scio tortos fuisse non modo Barones, Comites, Marchiones, & Duces, sed & Principes torquentur. Pariqué modo licet de iure decuriones, non debeant torqueri, contrarium tamen seruatur de consuetudine. Gadin. in tit. de quæstio num. 38. relatus. per Ang. ad Angel. de malefic. in ver. Quod fama publica, post num. 102. Brun. de indic. & tortur. fol 80. num. 20. Iacob. de Beluis. in pract. crim. in Rub. de quæst. num. 18. Minores autem 14. annor. licet de iure torqueri non possint Bene tamen possunt terreri, & gabena aut ferula, seu virgis cædi, Anan. in cap. 1. num. 10 de delict. puer. Præterea licet iudex senes decrepitos tormentis subijcere non possit, vt sentire videtur tex in leg. 3. §. ignoscitur, ff. ad Sylla. tamen non decre-

Digitized by Google

decrepitos bene potest torquere, Gram. decis. 34. Mulier vero prægnãs non statim post, partum torqueri potest sed, etiam expectari debet tempus quadraginta dierum post partum, & ita obseruat consuetudo, & fuisse seruatum, per senatum illius loci refert dominus Clar. in dict. §. pract. q. 64 num. 23. Sed an tortura possit adhiberi clericis, Respondeo quòd sic de iure leg. presbiteri, Cod. de Epis. & cleric. Abb in cap. cum in contemplatione, de reg. iur. Quando tamen clerici sunt de crimine diffamati & suspecti, alias secus (& sic infames clerici.) & ita communiter tenetur, Alex. in Apostill. ad Bart. in leg. finum. 5. in verb. specialia, ff. de quæst. & ita per omnes Docto. teneri refert Felin. in cap. vniuersitati, post num. 2. de sent. excomm. Et non solum simplicibus clericis, sed etiam presbiteris hoc casu tortura adhiberi potest, idem Abb. in dict. cap. cum in contemplatione, post num. 6. & ita seruari, refert Paris de Synd. fol. 474. cap 3. post num. 7. vbi refert pluries eos se vidisse torqueri. Seruus autem regulariter
2 etiam de iure torqueri potest, leg. D. Pius, ff. de quæst. Et hoc quamuis seruus de se ipso interrogetur & torqueatur leg. interrogari, leg. quoties, Cod de quæst. leg. cum probatio, ff. de probat, leg 1. §. diuus Hadrianus Calphurnio, ff. de quæstio. In causis sanè liberalibus ij, de quorum statu quæritur de seipsis torquendi non sunt leg. de minore, §. fin. ff. eod. Regulariter igitur serui sunt torquendi. Nisi si liberum dicat seruus; & ita diuus Hadrianus rescripsit in leg. si quis, ff. eodem. Vel misi statu liber sit, vel eis libertas in testamento relicta sit, leg is cui, ff. eodem is enim vt seruus quæstioni applicari non potest, nisi aliorum quæstionibus oneretur, vt ibidem. Vel nisi de hæreditate vel rebus hæreditarijs inter hæredes sit controuersia, leg. de tormentis, Cod. de quæstionibus leg. eum testamentum, Cod. eod Vel nisi mors testatoris sit vindicanda, leg. 5. Cod eod. Vel nisi quæstio adulterij moueatur leg. edictum, in fin. ff. eod. Vel nisi conditio libertatis defecerit, dict leg. diuus Pius, in fin. ff. eod. tit. In omnibus enim istis quinque, casibus statu liber, vel &c. torqueri potest. Tertio limita regulam nostram. Nisi seruus pro domino suo sit torquendus, leg. pridem, C. eod. & hoc quamuis amplius dominus non sit, leg. seruos Cod. eod. Quarto limita, nisi seruus contra dominum sit torquendus, & ita Antoninus, & Verus sulpitio Antigono subscripserunt in leg. 1. §. Antoainus, ff. de quæstionib. concor. §. si serui eiusdem, leg. 1. & text. in leg. 6. Cod. eod. qui torqueri non debet, quamuis pro parte eius sit, contra quem est torquendus leg. 3. ff. de quæstio. leg. hoc quod placet, C. eod. quia torqueri non debet, nisi in causa alterius domini contra alterum quæstio sit habenda, leg. extranio, §. de quæstione, ff. eod. Secundo, amplia hanc quartam limitationem procedere, quamuis seruum dominus offerat vtro torquendum, leg. vnius, §. seruus nec ff. eod leg. seruos, Cod. eod. Tertio amplia quamuis is qui seruum contra dominum torqueri desiderat precium serui deponat, dict. leg 1. §. cum quidam, ff. de quæstio. Quarto amplia quamuis de incestu crimine quæstio sit, & ita Papinianus respondit, & est rescriptum in leg. 4. ff. eod. quo casu seruorum tormenta cessant. Nisi tamen incæstum per adulterium sit commissum, leg. si quis viduam, ff. eod. leg. vim passam, §. fin. ff. de adult. Quinto amplia quamuis de rebus hæreditarijs quæratur d. leg. 1. §. diui fratres, ff. de quæst. Sexto amplia quamuis seruus de se tortus, aliquid etiam de domino confiteatur dict. leg. 1. §. diuus Antonius, & d. §. si

serui

Digitized by Google

ſerui. Sublimita autem, hanc quartam limitationem (vt ſcilicet, ſeruus aduerſus dominum non ſit torquendus) non procedere in cauſa pecuniaria, ſit leg. 1. §. fin. Cod. de quæſtionibus cui contradicit ibi Gloſ. & text. in leg. 6. eod. tit. Secundo ſublimita, ſi fraudati cenſus crimen intentetur, leg. 1. §. in cauſa, ff. de quæſtionibus lib. 1. in princip. Cod. eod. Vel ſi plagij crimen intenteur, leg. 8. §. ſeruis ſcilicet, Cod de repudijs, leg. 4. § ſanæ mancipium, Cod. de ſer. fugit. Vel ſi vxor marito, vel matitus vxori inſidias ſtruxiſſe dicatur, leg. ſi forte, C. ad leg. Corn. de ſicca. Quo etiam caſu contra dominum torqueri poteſt. Prout etiam in crimin. læſæ maieſtatis per dominum commiſſo, leg. 6. §. fin. leg. ſequ. §. penult. C. ad leg. Iul. maieſt. concordat text. in leg. 1. C. de quæſtionibus vel ſi crimen adulterij ſit commiſſum dict. leg. extrario. Vltimo ſublimita: Si dominus ſeruus negetur, vel non ſit leg. vnius, §. ſanè, & leg. 1. §. ſi quis dicatur, ff. de quæſtionibus: Hodie autem ſerui in quocunque crimine ſiue publico ſiue priuato, & in quacunque cauſa poſſunt torqueri, ita Bart. in leg. diuus Pius, ff. de quæſtionibus & ita hodie ſeruatur de conſuetudine. Poſtquam autem iudici clare liquet procedendum eſſe ad torturam interpoſito decreto detorquendo, debet reum immediate torquere ſecundum conſuetudinem prouinciæ, non excedendo modum conſuetum, qui adhiberi debet iuxta qualitatem perſonæ, & indiciorum, alias tenebitur in ſyndicatu, Bar. in leg. quæſtionis modum, num. 1. ff. de quæſtio. cuius opinio in hoc communiter approbatur, vt dicit Marſil. in pract. crim. § expedita, num. 89. in fin. Et regulariter incipere debet a magis ſuſpecto & ſi omnes ſunt æqualiter ſuſpecti, tunc ſi eſt maſculus, & femina incipiendum eſt à femina, ſi omnes maſculi incipiendum eſt a minori debiliori, & timidiori, vt leg. vnius in princip. ff. de quæſtio. & hoc ordinem obſeruari, refert Marant. fol. 82. num. 13. Et hæc omnia procedere intelligas, niſi à comminata tortura appellatum fuerit, quo caſu ſuperſedendum erit, & ita ſeruari quotidie practicari, refert Carauit, ſuper rit. 259. mag. cur num. 14. in fin. & ita ſemper vidiſſe ſeruari in dicta magn. cur. refert Gram. ſuper conſt. Reg. fol. 133. num. 4. in fin Plane ſciendum eſt quòd tortura non eſt adhibenda modis non conſuetis, & ideo, tortura cordæ, admittitur, leg. nullus, Cod. ad leg. Iul. maieſt. & à conſuetudine communiter eſt approbata, Brun. de indic. & tortur. fol. 65. poſt num. 6. & hanc generaliter frequentiori vſu obſeruat magna curia, niſi rei non poſſint ob debilitatem vel aliam cauſam, hæc torqueri, tunc enim ſolet magna curia ipſos reos igne ad plantas pedum appoſito torquere vel ſtranghettis. Sed iuxta hoc quæritur an tortura repeti poſſit (poſtquam Bart. in leg. vnius, §. reus, num. 1. ff. de quæſt. refert quòd eſt in arbitrio iudicis torturam repetere, quem ſequutus fuit Gram. conſ. crimin. 22. num. 25. Marſil. in l. repet. ff. de quæſtio. num. 6. 65.) Reſpon. quòd aut fuit ſufficienter tortus & non confeſſus, & tunc (quia videtur puram veritatem dixiſſe, Alberic. in Rub. de quæſtio. C. num. 9. Gram. decil. 96. num. 2. Cæpol. conſ. crimin. 32.) & non poteſt repeti, niſi ſuperueniant noua indicia & (ſecundum aliquos) fortiora primis, Gan. de malefic. in tit. de quæſt. num. 2. vbi dicit quod ita ſeruatur in practica, refert Marſil. in dict. leg. repetit, num. 8. & ſequ. Aut fuit leuiter tortus, & poteſt repeti (quo caſu ſolent iudices reum deponere animo repetendi &c.) ita Dynus in dict. leg. repetit. ff. de quæſtio. cuius opinionem communiter

Digitized by Google

cer approbari per Doctor. refert Alber. in d. rubr. num. 8. & quod ita vidit obseruari à bonis iudicibus, refert Afflict. super 1. par. Constit. Reg. rubr. 7. num. 41. Sed quale sit officium iudicis post torturam illatam (post quam diximus de officijs ante torturam & in tortura.) Respon. quòd si reus delictum confitetur tali confessioni non standum, nisi in illa perseueret, & eam extra tormenta ratificet, & est communis opinio Boer. in d. decis. 163. num. 18. Brun. de indic. & tortur. fol. 134. num. 3. & ita seruat consuetudo, Bart. in l. 1. in fin. ff. de custo. reor. Quæ quidem ratificatio non statim est facienda, sed est expectandum tempus vnius diei, Angel. in l. 2. num. 1. C. de custod. reor. & hæc est communis practica, & doctrina huius articuli, Anton. Gomez cap. 13. delicto num. 24. Præterea est facienda ad bancum iuris, Bart. in l. 1. §. diuus Seuerus num. 3. ff. de quæst. & ita practicatur Bald. cons. 85. in fin. lib. 1. & in loco vbi reus torturam videri non possit, & ita tenent Doctor. August. ad Angel. de malefic. in verb. fama publica post num. 137. alias dici posset adhuc durare metus tormentorum. Sed quid si reus legitimè tortus, & confessus, suam confessionem ratificare noluerit. Quid faciendum? dic quod debet de nouo torqueri, Bart. in d. l. vnius §. reus in fin. ff. de quæstio. Carer. pract. fol. 164. nu. 190. & hanc esse communem opinionem, refert Boss. in titu. de tortur. num. 34. & si iterum confessus, ratificare noluerit debet tertio torqueri, & si in ratificatione durus persisterit, debet absolui, & ita sibi in facto contigisse, & eum liberasse refert Paris de syndicatu fol. 482. cap. 6. post num. 1. faciunt dicta per Boer. decis. allegat. 163. Non enim tortura debet adhiberi post tertiam vicem. Si vero reus extra tormenta suam confessionem ratificauerit, tunc iudex debet impartire terminum dierum, duorum vel trium ad dicendum quicquid dicere voluerit aduersus suam confessionem, & ita esse de communi obseruantia refert Marant. in suo Specul. fol. 136. num. 25. possunt enim contra propriam confessionem, multa deduci & præsertim in tormentis factam (de quibus omnibus infra cap. proximo.) Et dicit Grammaticus super Constit. Reg. fol. 23. nu. 23. quod etiam post ratificationem, posset reus si probaret errorem suam confessionem reuocare, & erit absoluendus, & ita ibi fuisse iudicatum refert, & si nihil probaret damnandus, & ita tenent omnes Bald. in l. 2. nu. 3. C. de custod. reor.

ADDITIO IVLII CAESARIS Comi V. I. D.

PRoximis superioribus capitibus in quibus de tormentis actum est coniuge quod regulorum prætores vbi denegata copia accusationem conuellendi crimina cruciatibus exploranda esse censuerint, persuadentibus huiusmodi quæstiones facinoris grauitate, atque argumentis quæadeo reum vrgeant, vt ipsum probationi admouere videantur, maioris Iustitiarij morem secuti cuius meminit Vincentius de Franchis in decis. Senatus Neapol. 143. num. 2. causa Proregi exposita ad eiusmodi tormentorum potestatem aspirant, Prorex verò rem committit alicui ex maioris Iustitiarij assessoribus illius ordinis qui criminum vindictæ præest vt causa perspecta suam ei sententiam rescribat, atque is cui negotium demandatum est vbi vniuersæ causæ statum didicerit si precibus rectè annui posse existimauerit in hunc modum Proregi respondet reum vrgeri indicia quæ tormentis vtendum esse persuadeant,

Digitized by Google

chadeant, eaque ipso permittere defensionibus denegatis posse adhiberi, quam sententiam Prorex secutus horum tormentorum vsum concedit, vtque in re adeò graui errandi ansam eripiat illorum quibus eam potestatem impartitur hanc rationem habere frequentissimè, imò semper consueuit vt iurisprudentiæ lauream non consecutos huiusmodi quæstiones habere non aliter sinat quam iurisconsulto partibus non suspecto assistente, tormenta enim non ad accusantium satietatem erunt inferenda, sed sicut crimina, ac testimonia exegerint quæ de patrato scelere legitimè iudex nouerit Carr. in praxi crim. in cap. habitis inditijs num. 9. Dam houderius cap. 37. num. 3. libri quem in scripsit enchiridion rerum criminalium ac reliqui passim. Item prætori qui tormentis præerit multa alia obseruanda erunt, ac sanè plura, quam vt sperandũ sit ipsum iuris cognitione destitutum feliciter rem esse gesturum, quæ tradi derunt scribentes in libris quos de praxi crimin. scripserunt Beluis. in tit. de quæst. nu. 45. & reliquis sequentibus, Millæus in cap. soluitur, & in cap. an Egidius, Aret. in cap. quod fama publica precedente, num. 103. & Damhouderius cap. 36. num. 35. lib. quem paulo superius citaui, ac cæteri omnes eiusdem classis scribentes. Impetrata itaque hac potestate ad eum cui concessa est pertinebit contestari proximos sequentes causæ actus iurisconsulti sententia se esse redditurum, ac ob eam rem inspectos, si qui sunt, iurisconsult. proponi præcipiat. illis autem verbis proximos sequẽtes causæ actus aut similibus vtendum existimo vt tormentorum mentio supprimatur Carr. in praxi crim. cap. circa quantum num. 21. circa finem ac præterea ne innuere prætor videatur non modo tormenta se assessoris consilio illarum verum etiam vniuersam causam esse absoluturum.

NOTABILE CAROLI Grimaldi V. I. D. ad numero 1. huius Cap. 12.

REgula erit generalis quod omnes torqueri possunt, nisi iure excepti leg. vnius §. 1. l. ex libero, ff. de quæst. Excepti autem sunt enumerati hic per authorem, & alij à lege expressi, verum ducunt in controuersiam milites nostri temporis, quos torqueri posse testatur Cyn. in leg. 2. Cod. ad leg. Iul. Maiest. cuius contrarium confirmauit Salyc. in leg. 1. numero 11. Cod. de Iur. & fact. Ignor. & Iaf. ibidem numero 7 ac Bart. in leg. milites, Cod. de quæst. & si author dicat quod hodie contrarium vidit obseruari tali obseruantia, & consuetudo quod priuilegiati torqueantur non valet leg. omnes iudices vbi Bar. C. de decur. lib. 10. non enim dicitur consuetudo, sed quædam vsurpatio, & corruptela, vt dicunt Doctores in locis prædictis, & Io. de Plat in d. l. omnes iudices, & tamen hodie verum est quod torquentur vt author refert. Illud tamen non omittam quod dum iudices debent torquere masculum, & fœminam hortantur à fœmina incipiendum esse, quia timidior, & debilior; immò contrarium apparet nam vulnera grauiora sustinet mulier vt dicit Glos. in l. nihil in verbo tam grauiora ff. de adult. ergo non debilior, neque timidior; hoc enim potius arbitrio iudicis remittendum, quam aliter cogendum à fœmina debere incipere.

Digitized by Google

DE ORDINE iudiciorum.

CAPITIS XIII.

SVMMARIVM.

1 *Confessus pro iudicato habetur quod amplia, & limita vt infra.*

NVnquid autem reus possit ex confessione sua damnari tam in causa criminali, quam ciuili, tam in confessione sponte facta quam vi tormentorum, breuiter exordiendo materiam, quod sic, & ita tenent omnes, Bald. in leg. 2. num. 3. C. de cust. reor. Bart. in tract. de quæst. & dicit text. in leg. proinde, in fin. ff. de leg. Aquil. nullas esse partes iudicis in confitentes nisi in condemnando, dato prius termino ad probandum suas, aut defensiones faciendum quo elapso vbi nihil probaret, posset postea condemnari, & hanc practicam seruat totus mundus (vt dixi suo loco) Ha-
2 betur enim confessus pro iudicato, & quodammodo sua sententia damnatur leg. 1. leg. 3. in fin. leg. certum, §. si alias ibi & omne, ff. de confess. leg. vnic. Cod eod. leg. 2. §. fin. ff. de interrog. act. leg. si quis in iure, leg. si quis interrogatus ff. eod. tit. & hoc amplia procedere quamuis quis confessus fuerit hominem ad sui necessariam defensionem occidisse, quia potest ex illa condemnari nisi probet illam, ita Bart. in leg. Aurelius, §. idem quæsijt, num. 2. ff de lib. legata. quam Bart. decisionem dicit esse communiter approbatam Ias. in l. vt vim nu. 13. ff. de iust. & iur. Petrus Calefat. inter consil. crim. diuers. cons. 88. num. 2. lib. 2. Boer. decis. 164. post num. 10. Blanc. pract. crim. fol 149. num. 39 & seq. ibi amque. Se vidisse in practica seruari refert Angel. de malefic. in verb Comparent dicti inquisiti & partim negât in principio. Beneuerum est, quod nũquam debet reus ex tali confessione damnari ad mortem Abb. in cap. auditis, num. 32. de præscrip. & ita semper fuisse in practica obseruatum, refert Gram. cons. 69. in fine, sed alia mitiori pœna puniri debet puta ad triremes perpetuo, & ita in facti, contingentia fuisse iudicatum licet in tormentis sustinuerat, idem Grammaticus vot. 2. & super Const. Reg. fol 14. num. 30. Quod tamen intellige si eodem tempore confessus fuerit ad sui necessariam defensionem occidisse secus autem si ex interuallo, quo casu posset absolute ad mortem condemnari si non probat qualitatem defensionis, & ita concludunt, & communiter declarant Doctor. Boer. decis 164. nu. 11. in fine, & num. 14. in fin tutius tamen esset vt reus qui alium ad sui necessariam defensionem interfecit, delictum negare, subijendo, & si id feci, ad mei defensionem feci quæ responsio debet admitti, & est communis opinio, Boss. in tit. de confess. num. 36. & habetur pro mera negatiua, allegat Bart. in l. eum de indebito, in princip. ff. de proba Ias. in l. 1. colu. vlt. C. de fur. Item amplia quamuis falsum esse quod quis confessus est doceatur, adhuc enim valet huiusmodi confessio, & pone exemplum in leg. 4. ff. de confess. & in d. l. de ætate, in prin. & in §. qui ex quadrante, ff. de interrog. act. & in leg. si filius, ff. eod. tit. Tertio amplia quamuis reo confitenti iudex promisisset impunitatem delicti adhuc enim tali promissione non obstante, posset reus condemnari, ita Cyn. in l. præsenti, C. de his qui ad Eccles. confug. Alciat. in l. natura in fi. ff. de verb. sign. & est communis opinio, Viuius

Digitized by Google

in verb. iudex promittens, Placza lib. 1 delic. cap. 37. num. 7. Item amplia quamuis hac vel illa actione conuentus confessus sit, leg. certum, §. si alia, ff. de confess. Vel quamuis non interrogatus confessus sit, leg. si sine interrogatione, ff. de interroga. actio. Item amplia quamuis confessio facta fuerit super processu nullo. Innoc. in c. qualiter & quando, vel secondo de accusa. cuius doctrinam dicit esse communiter approbatam Alex. in leg. inter stipulantem, §. 1. circa fin. ff. de verb. oblig. & ibi, Ias. num. 12. Aimon. comment. 20. Boller. pract. crim. fol 305. num 65. dummodo tamen nullitas nō procedat ex defectu iurisdictionis, sed ex alia aliqua causa. Anton. Gomez. cap. 12 delict. num. 8. confessus igitur pro iudicato habetur. Nisi tamen alius quam is qui ex hac confessione conuenitur confessus sit, res enim inter alios acta alijs non præiudican. Nec condictio per alium deferri fieri potest, quamuis is qui confessus est, procurator, tutor vel curator aut defensor fuerit eius qui conuenitur, ita text. in leg. certum, §. sed & an ff. de confess. Plane hoc casu ipse procurator, tutor, vel curator vel defensor, quia alium fecisse confessus est tenetur leg. si sine interrogatione, §. celsus ff. de interrog. actio. leg. proinde §. si procurator, ff. ad leg. Aquil. Secundo limita, nisi minor ætate confessus sit dict. leg. certum, §. minorem quo casu nullius est momenti eius confessio, nisi authoritate tutoris vel curatoratis interueniente, minor sit confessus, dict. leg. certum, §. in pupillo, & ita semel in facta se obtinuisse refert Albericus relatus per Raphael. Fulgo. in leg. clarum, C. de authorit. tutor. quem refert Aug. ad Angel. de malef. in verbo comparuerunt, & confitentur totum post nu. 18. & ita consuluit Gram. consil. 16 Hodie tamen totum contrarium seruatur. si quidem in confessione minoris non requiritur authoritas curatoris, dummodo sit maior annis quatuor decim, & ita contra dict. leg. clarum, se vidisse obseruari, refert Boss. in tit. de confess nu. 69. & ita communiter seruari in practica refert Bald. in l. 1. num. 59. C. de confess. Angel. de malefic. in verb. compar. uerunt, & confitentur totum num. 8. Tertio limita, nisi id quod quis confessus est, nec ius nec natura admittat leg. si is, §. fin. ff. de interroga actio & pone exemplum in l. confessionibus, §. fin. eod. tit. cui concor. text. in leg. si is in princ. Aliud exemplum pone in l. seruus, §. quamquam, & in prin. dict. leg. si seruus, & in dict. leg. confessionibus, §. & si eum, ff. de interroga. actio. Item limita si confessio facta fuerit in tormentis sine legitimis indicijs, nec seruatis de iure seruandis, quo casu est ipso iure nulla, nec potest confessus ex ea condemnari, etiam quod in illa perseueret, & ita videtur sensisse Glo. vnicam, in leg. quæstionis habendæ ff. de quæstio. quam sequuntur communiter Doctores. (Quod est notandum) teste Foller. pract. crim. fol. 293. Vbi multos Doctores adducit, nu. 1. & est communis conclusio, Alex. in leg. qui in aliena, §. Celsus, nu. 12. ff. de acquir. hære. relatus per Ias. in eodem §. Celsus, post nu. 38. & ita se obtinuisse refert Aug. ad Angel. de malefic. in verb. fama publica post nu. 36. in quodam qui suo nomine vocabatur & ratificata fuerit apud acta, & ita dicit Hippol. Riminal. inter cōsil. crim. diuers. cons. 105. post nu. 16. ver. obstat etiam, lib. 1. Item limita nisi eius nomine quod quis confessus est, cum alio actio non sit dict. leg. confessionibus, vt puta si is, quod quis cōfessus est factum non sit, nec ab eo qui falso confessus est nec ab alio, exēplo vt in l. vnde Neratius, §. si quis hominem viuum, ff. ad leg. Aquil. concor. tex. in l. 4. ibi si tamen, ff. de confess. Itē

Digitized by Google

limita, nisi incertum quis confessus sit d.l.certum, in prin ff.de confess. Certum enim confessus pro iudicato erit si incertum non erit, dicit ibi, tex. nisi ex duobus vnum se debere confessus sit, quo casu tenetur & vt certum confiteatur vrgeri potest d.l.certum, § si quis incertum, vel nisi quis incertam quantitatem confessus fuerit vt ibid. ibi. Item is. Item limita, nisi in causa criminali reus confessus, vlla alia probatione vrgeatur, l. 1. §. diuus Seuerus ff.de quæstio. & in §. si quis vltro eiusdem legis. Non enim debet reus ex sola confessione damnari, & ita videtur sentire Marsil. in pract. crim. §. postquam, num. 48. quia debet etiam constare de delicto, ne contingat, prout tempore domini Clari, qui refert se audiuisse, duos, qui confessi fuere quẽdam nobilem occidisse eorum inimicum, fuisse vltimo supplicio, affectos qui deinde post multos annos fuit repertus viuus, vt ipse refert in §. practica, quæst. 64. in fin. Et proinde quo modo hoc casu dicatur constare de delicto certiorem te esse volo, in quo casu ex mente Doctorum distinguas, nam aut delictum est tale quod solo animo committitur, vt est hæresis & similia, & tunc ex sola confessione modo verisimili potest damnari. Aut vero confitetur delictum quòd in facto consistit, & tunc si in genere confitetur, puta plura aut vnum delictum homicidium, vel multa furta non exprimendo in specie quos homines inter fecerit, aut cuius res furto substraxerat, & tunc non debet ex tali confessione damnari, & hic casus nullam habet difficultatẽ apud Doct. teste Boss. in tit. de delict. num. 15. Aut in specie confitetur aliquod maleficium cõmisisse, & tunc aut ex delicto solent remanere certa vestigia, vt est homicidium ipsum Cadauer, incendium locus combustus, & reliquiæ combustæ, & similia, & tunc nisi apparet de corpore mortuo, vel de reliquijs combustis &c. iuxta ea quæ dicta fuerunt in primo capite. non poterit reus ex sola confessione damnari. Nisi apud acta constaret, illum hominem quem quis se occidisse confessus fuit in mari proiecisse, non reperiri, tunc enim saltem constito de sanguine, posset reus ex sola confessione damnari, & ita in facti contingentia fuisse iudicatum & vltimo supplicio affectum, quendam homicidam licet repertum non fuisset cadauer occisi; refert Cassan. super consuetud. Burgun. fol. 49. post num. 41. & ita etiam sentire videtur Boss. in loco prælleg. post num. 15. Aut ex delicto confesso, non solent remanere certa vestigia, puta adulterium &c. & tunc concurrente querela partium cum confessione rei, & eo casu confessio est sufficiens indicium ad condemnandum, & ita videmus quotidie obseruari, idem Boss. quo supra nu. 19. & 21. Aut non concurrit querela partis, aut aliqua alia informatio, & tunc sola confessio non sufficit. Et ideo fures quando confitentur maria, & montes, & plura furta se alibi comisisse, debent mittere nuncios ad se informandum alias sæpe innocentes condemnarentur Angel. de malefic. in verb. Et vestem celestem, num. 25. Brun. de indic. fol. 138. numero 10. & ita seruari attestatur Boss. in loco prælleg. post num. 15. verb. sed quid quando. Item limita, nisi quis per errorem, & ignorantiam confessus sit. Non enim fatetur qui errat, dicit tex. in l. 2 ff. de confess. concor. tex. in leg. de ætate, §. ex causa, § qui iusto, & §. fin. ff. de interrog. actio. facit text. in leg. cum testamentum, in leg. non idcirco minus, C. de iureiuran. & fact. ignor. tex. in leg. 13. Cod. de proba. & proinde confessio spontè facta potest reuocari si quis voluerit docere confessionem ipsam fuisse erroneam, & illam probaret, vt

est

Digitized by Google

communis opinio Aret. in cap. cum delicti in vltimis verbis de accusat. quem refert Boss. in tit. de confess. post num. 60. & in tit. de pœn. reor. num. 4. Salic. in leg. fin. post num. 3. Cod. de probat. Angel. de malefic. in verb. cum parent & produxerunt instrumentum pacis, num. 1. pro qua opinione facit text. in leg. 2 §. fin. Cod. de quad. præscript. in leg. generaliter sancimus, Cod. de non numer. pecu. & in l. cum de indebito § fin. ff. de probat. & in leg. quidam quasi, ff. eod. tit. text. in leg. 1. §. si quis vero, si de quæst. Item limita, nisi absente aduersario quis confessus sit. Non enim ex tali confessione datur actio Nisi procurator. tutor, vel cũrator aduersarij, fuerit præsens d. leg. certum, §. si quis absente, ff. de confess. Item limita, nisi postea re integra confessum confessionis pœniteat. Scribit enim Celsus licere resipodenti, pœnitere, si nulla captio ex eius pœnitentia sit actori, quod & Valpiano purissimum videtur maxime, si quis postea plenius instructus quid faciat, instrumentis vel epistolis amicorum, de iure suo edoctus, ita dicit text. in dict. leg. de ætate § fin. ff. de interrog. actio. Item limita, nisi in principali causa in qua confessio facta per actorẽ per exceptionẽ submoueri poterit, quo casu per eandem exceptionem ex confessione agens potest submoueri, leg. si filius, §. fin. ff. eod & pone exemplum, in leg. si ante §. mortuo seruo, & in d. leg. confessionibus, § fin. & in leg. fin. ff. de confess. Quod intellige, nisi non specialiter se promisisse, vel legatum esse confessus sit. Sed generaliter se debere dixerit, tunc enim exceptione causæ principalis non adiuuatur, exemplo, leg. 2. ff. de confess. & leg. qui stichum, eodem titu. Item limita, nisi non in iudicio, sed extra sit confessus, leg. 4. §. fin ff. de interrog. act. leg. 1. §. fin. & ibi glos. ff. eod. Confessio enim extra iudicialis non sufficit ad probationem delicti, & ita communiter dicitur, Paris de Syndic. fol. 439. cap. 3. in primis verbis & ita communiter tenere Doctor. refert Alber. in leg. quoniam, num. 1. ff. de infamib. Et sic nota, quod confessio ad hoc vt faciat plenam probationem debet fieri coram iudice, vt in dict. leg. 4. §. fin, & competente, alias si facta esset coram iudice incompetente, non valeret in vim iudicialis confessionis, sed tantummodo extra iudicialis, & est communis opinio, Aret. cons. 26. circa fin. Alex. in leg. seruus num. 3. ff. de iureiuran. & in leg. magistratibus, ff. iurisdict. omn. iudic. relatus per Capic. decis. 279 num. 1. in fin. Et hoc nisi confessio facta coram iudice incompetente, fuerit facta parte præsente & expresse acceptante, & non tacite, ita Bero. in c. ad si clerici, num. 142. de iudic. & ita etiam videtur sensisse Abb. ibidem post num. 16.

ADDITIO HORATII Marchesij, V. I. D.

DIcit text. in leg. 1. in prin. ff. de quæstio. quod confessus crimen de quo contra eum aderant indicia, non potest interrogari de alijs delictis de quibus non adsunt indicia, & dicit Vitalis de malefic. quod assessores qui hoc faciunt male faciunt, in rub. quæ iudicibus &c. num. 6. & seq. (S. Thom. 2. 2. q 69. art. 4. & Caietanus ibi dicit, quòd peccat mortaliter iudex, nec reus respondere tenetur, si ipse, de non inquisitis petatur) saltem quando proceditur per viam accusationis. Contrarium tamen hodie de consuetudine seruatur, vt dicit Ang. de malefic. in verb. fama publica. num. 120. Gandin. de malefic. in tit. de q.

Digitized by Google

num. 19. quem refert Marsil. pract. criminal. §. constante, num. 14. Diaz. pract. crimin. Canon. cap. 117. num. 3. in fin. Brun. de indic. & tortu. fol. 119. num. 64. Gram. vot. 13. num. 2. Carer. pract. fol. 168. num. 197. Foller. pract. crimin. fol. 273. num. 6. Bost. in tit. de indic. num. 135.

NOTABILE CAROLI Grimaldi V. I. D. in hoc cap. 13.

1 CONfirma ampliationem authoris, 2 & dicas quod confessio tollit 3 omnem ineptitudinem processus: vt 4 pœna possit imponi licet inquisitio fuerit incepta; Bart. in lag. si confessus numero 2. ff. de Custo. Reor. Angel. in leg. ea quidem numero 29. Cod. de Accusat. Ioan. Andr. in Speculo de offic. iudic. versi. an iudex, & ibi Accursator versi. 4. vbi dicit verum in confessione vera, non ficta, & Bald. in leg. edita colon. antepenult. in fin. Cod. de eden. (Adde Aret. in leg. 1. Cod. de Confession. Canonistæ in cap. at si clerici de iudic. Innocent. in cap. 2. de Confession. & ex ista ampliatione limitabis textum in leg. fin. Cod. vt intra certum tempus causa crimin. non habere locum in confesso, qui condennantur quamuis instantia sit peremptæ vt per Bald. in leg. prosperandum in fin. versiculo præterea si tollitur Instantia, Cod. iudic. & sequitur Hypol. de Marsil. qui plura ad hoc cumulat in leg. 1. §. diuus Antonius num. 11. ff. de quæstionib.

DE ORDINE IVDICIORVM.

CAPITVLVM XIII.

SVMMARIVM.

Officium Iudicis compilato processu est rem damnare, si &c.

Pœna quæ sint de iure communi irrogandæ & quæ non.

Pœna de iure canonico.

Pœna de iure Regni cogitationum sit punibilis, num. 5.

QVia pœnas ob maleficia solutum, quæ ratione suadente vt dicit text. in leg. fin. ff. de iust. & iur. quod vulgo, ff. de fideiuss. neque impunita esse maleficia oportet, lex fit enervatus, §. quod si quis absurde, ff. ad leg. Aquil. Proinde compilato processu audiverit quæ res inquisitio senserit, & in facto receptisque defensionibus ipsius visa, quæ videndis, ac omnibus percunctanti processu, debet iudex condemnare reum vel absolvere ad pœnas à iure, & statutis, iscondemnatio, siue absolutio debet fieri non secundum ipsius crudelitatem, aut opinionem, sed secundum probationes factas, & in processu per vtramque partem deductas, iudex enim tenetur secundum acta, & in processu deducta iudicare etiam, si sciat veritatem esse in contrarium, leg. illicitas, 5. veritas, & ibi Bar. ff. de offic. præf. cap. iudicet, 3. quæst. 7. cap. presbiter, 28. quæst. 5. cap. non prohibeat, de consecr. dist. 2. gl. inst. §. pen. de actio. & ita est communis opinio, vt attestantur multis quos refert Couar. leg. 2. resol. post num. 6. Qui-

Digitized by Google

4. Quinimo si iudex videret proprijs oculis delictum committi non posset reum condemnare, nisi probetur, & ita Doctor. tenere refert Alber. in 1. part. statu quæst. 53. & etiam si iudex credit ex bona conscientia posse reum condemnare ex processu & actis sibi factis, vti iudici, licet tanquam priuatus sciat eum non esse culpabilem, quia potest eum nihilominus condemnare, nec peccat, & hæc est communis opinio, vt dicit Imol. in clem. pastoralis, §. quia vero, num. 49. de offic. de leg. & in cap. r. post num. 13. vers. si autem timeret offic. ordin. Plane si casus contingerit posset causam alteri delegare, & hanc esse communem opinionem testatur Imol. in dicti §. quia vero, num. 49. in fin. Porro species pœnarum tam de iure communi quam canonico. Regnique nostri hoc in capite est videndum (cum de illis in cognandis, clarius liquere credo in secunda parte) & in primis scias quod de iure communi, pœna diuiditur in capitalem & non capitalem, Instit. de publ. iudic. in princip. Quod declaratur in leg. capitalium, in princip. ff. de pœn. Alia diuisio habetur in leg. 6. §. fin. cum sequ. ff. eod. sit. Capitalis autem rei damnatum sic accipere debemus ex qua causa damnato vel mors, vel etiam ciuitatis amissio vel seruitus contingit, leg. 2. in princip. ff. de pœn. cuius species proponuntur in dict. leg. capitalium, & vide text. in l. 51. §. fin. ff. eod. vltimum supplicium quid sit definitur in leg. vltimum supplicium, ff. de pœn. cuius species notantur in d. l. capitalium, & l. 8. §. vita admittitur, ff. eod. cuius effectus notantur in l. qui vltimo, ff. eod. Pœna autem qua libertas admittitur proponitur in l. quidem, & in l. quo ad statum ff. de pœn. Qua ciuitas amittitur in l. 3. ff. de releg. & hoc eius effectus. Qua corporis coertionem continet, eius species, in l. si quis forte, §. fin. cum l. seq. ff. de pœn. De pœna metalli & operis metalli, in l. aut damnum. §. est Pœna 9 inter eos, §. seruos, in d. l. quidam in princip. in l. in metallum & in l. capitalium, §. Diuus Hadrianus, ff. de pœn. Quid autem interest inter pœnam metalli, & operis metalli, habetur l. 43. §. fin. ff. de extraord. cogn. Quæ pœna hodie recessit ab aula Foller. in pract. crimin. Canonic. fol. 131. num. 8. & hodie in vsu non esse, refert Mantua, in l. transigere, post nu. 5. C. de transact. Verum in eius loco successit de consuetudine damnatio ad triremes in perpetuum vel ad tempus, Capic. dec. 133. nu. 3. De pœna calcariæ & sulphuriæ, tu habes, tex. in d. l. aut damnum §. in calcariam. De pœna ludi venatorij in eadem lege tractatur, §. quietique & in §. seruos. De pœna operis publici. in l. 1. C. de pœn. & in l. seruus, ff. eod. Est & pœna exilij vel relegationis quæ multum est in vsu. Relegatus enim omnia iura sua retinet, l. 1. & 2. l. relegatorum, §. ad tempus, ff. de releg. & inter. Et est triplex aut certorum locorum interdictio, aut omnium locorum, præter certum locum aut insulæ vinculum, l. exilium, l. relegatorum ff. eod. scias autem quod si alicui interdictum est à Prouincia in qua crimen commisit, etiam eam quam incolit, & ex qua originem ducit, se abstinere debet, d. l. relegatorum §. si quis ea. concor. tex. in l. 1. §. pen. ff. de off. præfec. vrb. Quid autem si quis patria interdictus est, num possit commorare in Vrbe? quod non. Est enim constitutum, eum cui patria interdicta est etiam vrbem abstinere debere, contra, autem si cui vrbe fuerit interdictum patria sua interdictum non vtitur, & ita cauetur ind. l. relegatorum, §. constitutum, sed cui non patria sua, sed aliqua ciuitate interdictum sit, etiam Vrbe interdictum dicitur vt ibidem dicit tex. Deportatio etiam apud leges Digestorum Codicis frequentissimè imponitur, quæ

Digitized by Google

quæ pœna hodie non est in vsu secundum Gand. de malefic. in tit. de falsa, oost. num. 3. Melchion de Facinis inter conf. crimin. diuers. 78. post num. 56. lib. 1. Cumap. conf. 95. in fin. relatus per Gram. decis. 23. in fin. in Regno autē nostro propter insulas multas est in vsu. Carer. pract. crimin. fol. 167. post num. 121. Capic. decis. 153. Gram. in multis decis. & conf. refert plures hac pœna fuisse affectos. Quæ adhuc etiam Venetijs est in vsu. Mantua in d. l. transigere. C. de transact. post num. 5. Quæ autem sit pœna relegationi vel exilio, & deportationi reus non obtemperauerit, de iure cōmuni, tu habes tex. in l. capitalium, §. in exulibus, De iure Regni, tu habes tot. tit. in lib. pragmat. de relegatis. Potest & quis puniri, ne patriam excedat, vel ne domū suā exeat, dict. l. relegatorum, §. solet præterea, & ex text. in l. potest præses. ff. eodem titu. Moris est etiam aduocationibus præsides interdicere, l. moris est, ff. de pœnis, & durat tantum tempus quantum pœna l. final. ff. de pœnis, l. prima, C. de postulan. Reprobatur tamen pœna qua quis curiæ vel alij corpori adijcitur, l. ne quis, C. de pœnis l. ne quis officialium C. de decurion. & eorum fil. lib. 12, sed vt quis negocietur interdum iniungi, potest, dict. l. moris est, §. se det damnari, & dicit Angel. in l. prima C. eodem quod potest quis damnari, ad operandum rei publicæ in perpetuum, vbi subdit se Romæ vidisse quendam fuisse damnatum ad exercendum officiū carnificis. Item reprobatur pœna vt quis de saxo percipitetur, l. si deutino 3 §. fin. ff. de pœn. Couar. in repet. cap. quamuis fol. 55. colum. 2. contra quā legem Alphonsus de Hogeda commissarius deputatus in Prouincia terræ laboris, & propriè in patria mea iussit duos lapide inuolutos, fractisque cruciatus per mōtem præcipitari, hominesque viuos, ferræ morti tradi, atlioſque viuos ſagittari præcepit, & in fruſtra viuos ſcindi iubebat, qui parū poſt fuit officio priuatus. Prohibetur etiam ambas manus amputari, vel ambos pedes, ne deformetur corpus humanum, ſed ſi delicti qualitas amputationem membri exigat, vna duntaxat manus amputari poteſt vt in §. quia vero, in Authe. 3. nulli iud. Præterea, reprobatur pœna faciei deformandæ, l. ſi quis in metallum, C. de pœnis dicit tamen Ang. in d. l. ſi quis, quod contrarium de facto ſeruatur, & quod valent ſtatuta diſponentia, quod pro furto quis bulletur in fronte, & illum refert Aug. ad Ang. de malefic. in verb. in facie nu. 2. quæ pœna in Regno noſtro non obſeruatur ſed commutatur in pœnam fuſtigationis vel ſimilem vt dicit Maran. in ſuo Specu. fol. 28. num. 29. Reprobatur etiam pœna quæſtionis habendæ l. penul. ff. de queſt. Paris autem de Synd. fo. 449. in verbo, tortura recenſet duos caſus in quibus hæc pœna de iure communi impoſita videtur, & vide Reg. prag. 1. de armis vbi hæc pœna imponitur. Præterea in rixātes in carceribus magnæ curiæ hæc pœna obſeruatur. Item reprobatur pœna carceris. Carcer enim ad continendos homines, & non ad puniendos haberi debet, d. l. aut damnum §. ſolentiſſ. de pœnis Bald. conſ. 432. libro tertio perpetuorumque vinculorum, l. mandatis, ff. eodem l. incredibile, C. de pœnis, niſi reus ſeruus ſit, hic enim in perpetua vincula damnari poteſt, d. l. incredibile, cui concord. tex. in l. ſub pœna, C. eod. Et hæc de iure communi Romanorum dixiſſe ſufficiāt. De iure autem canonico pœna mortis naturalis irrogari nō poteſt Benenerum eſt quod prælati poſſunt reos in carcerem includere cum tāta famis neceſſitate, vt fame pereant, & hoc quo ad ipſos clericos tantum Cæterū eccleſiaſticus iudex non poterit laicū hac pœna puniri, ita domi. Clar. in

Digitized by Google

in 6. pract. q. 70. num. 4. Pœna autem triremium non modo in laicis, sed etiam in clericis venit in vsum præcipue in Italia, vt ait Diaz. pract. crim. canonica cap. 135. verb. venit insuper. Inter ecclesiasticos etiam censuras est excommunicatio, quæ maior pœna, quam ecclesia imponere possit, vt communiter dici solet Bero. in c. si quis presbyter post num. 7. de reb. eccles. non alienand. & est duplex maior scilicet, & minor. Maior excludit à perceptione sacramentorum, & communione fidelium. Minor excludit à perceptione sacramẽtorum tantum, & ita intelligendus est tex. in cap. Engeldrudam 3. q. 4. & hunc intellectum sequuntur omnes, tam glos. quàm Doctor. vt dicit Ioan. de Anan. in rubr. de cleric. excommun. num. 4. Item pœna interdicti ecclesiastici, quæ est separatio à iudice facta à certis sacramentis, & omnibus diuinis officijs, & ecclesiastica sepoltura. In quam pœnam qui incurrant, videas. Summistas in verb. interdictum. Est etiam apud clericos pœna detrusionis in monasterium, quæ receßit ab aula Diaz pract. crim. canon. cap. 128. Item solet prælati clericos facinorosos ponere in gabijs, quæ similiter non est in vsu Carer. pract. fol. 546. post num. 84 Pœna autem priuationis beneficij vel depositionis ab ordine, non solet imponi, nisi in delictis valde grauibus, sed tantum modo pœna suspensionis, quæ est quædam censura ecclesiastica, propter quam clerico interdicitur officium seu beneficium, vel administratio, seu executio ordinis, vel iurisdictionis. In quam pœnam qui incurrant, remicto me ad congesta, in summ. Siluestr. in verb. suspensio in 6. quæst. Quandoque etiam imponitur pœna degradationis ab ecclesiasticis iudicibus, & est duplex actualis scilicet & verbalis, actualis dicitur degradatio quando clericus non modo per sententiam priuatur, sed etiam actualiter, & personaliter degradatur exuitur & spoliatur ordinibus ecclesiasticis Foller. in pract. crimin. canonic. fol. 270. num. 17. Verbalis autem est quando Episcopus pronunciet sentẽtiam contra clericum̃ per quam illũ priuat ordinibus clericalibus, cuius forma habetur in lib. pontificali, fol. 188. Actualis autem depositionis forma, in qua hodie potest solus Episcopus adhibitis prælatis interuenire, ita statuente sacro Trident. Concil. vt refert Diaz in pract. crim. canonica cap. 3. num. 7. quibus adhibitis fertur sententia degradationis declarando delicta commissa, & probationes, Demum subditur. Idcirco nos authoritate Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti & nostra te præfatum, T. omni huiusmodi officio, & beneficio ecclesiastico sententialiter, & perpetuo in his scriptis priuamus, teque ab illis verbo deponimus, & pronunciamus realiter, & actualiter secundum traditionem canonum te deponendum fore, & degradandum, hanc nostram sententiam in his scriptis proferentes more maiorum pro tribunali sedentes: Qua sententia lata, tunc in platea publica præparato catafalco ordinantur duo scamna, vnum videlicet à parte dextera, pro domino Episcopo, & Prælatis, & aliud à parte sinistra, pro dominis iustitiæ sæcularis & ante scamnum dictorum Episcopi, & Prælatorum apponitur tabula ad modum altaris munita, & decenter parata vestibus Presbyteralibus, libris Euangeliorum, candelabris cum candelis extinctis, cum calice, patena, & desuper hostia appositis, duobus canetis vino, & aqua repletis, & tunc Episcopus & Vicarius vestibus pontificalibus induti, asportato reo in eorum præsentia, mandatur indui vestibus Presbyteralibus, & Sacerdotalibus, cum quibus missa celebratur

Digitized by Google

gratum hanc altare prædictum, & eo sic inducto incontinenti coram omni populo, dicti Episcopus & Vicarius, alta voce declarant & exponunt qualiter dictus reus commisit, tale & tale delictum, quo facto prædictam sententiam verbalis degradationis realiter exequendo remouent illi omnia insignia & ornamenta, sibi dum fuit ordinatus collata, incipiendo ab vltimis ordine mutato dicendo dicto reo. Calicem cum patena & hostia supra posita in suis manibus tenenti ipsum calicem sibi fuisse traditum in signum ministerij passionis Christi, potestatemque fuisse eidem collatam gratia & illustratione sancti spiritus ad resistendum diabolo, & operibus suis, audiendum confessiones fidelium, absoluendum, & remittendum peccata confitentium, offerendum sacrificium Deo, tam pro viuis, quàm defunctis, sed quia Christus dixit ex præcepto. Non occides, & iussit homicidas à suo altari euelli, & quia contra præceptũ decalogi, & Dei ac determinationem sanctæ matris Ecclesiæ occidit proprijs manibus. T. merito à celebratione missarum tam pro viuis, quàm defunctis amotam esse ostendant, & potestatem audiendi confessiones, absoluendi, & remittendi peccata sibi auferant, similiter dicendo, verba. Auferimus à manibus tuis calicem cum patena & hostia supra posita, tanquam indigno à participatione tanti Sacramenti. Item declarent eidem reo in vnctione manuum potestatem sibi collatam fuisse consecrandi & benedicendi, quia potestate pariter priuatum esse ostendant abradendo illi quatuor digitos iniunctos siue consecratos cum certo frustro vitri, leuiter & absque sanguinis effusione. Item & casulam vestem sacerdotalem, & salutis per quam radix omnium virtutum designatur, pariterque dicant eidem reo concessam fuisse attamen quia suadente diabolo charitatem à se abiecerat, & gratum erga T. se reddidit, eum contra omnem charitatem occidendo, merito dicta veste ipsum expolient, & denudent. Item pariter libro Euangeliorum ipsum priuent: dicendo per hæc verba, quia fuisti ordinatus ad sacros ordines Diaconatus, & subdiaconatus, & in illa collatione fuit sibi data potestas legendi Euangelia & Epistolas in Ecclesia sancta Dei, in quibus continentur præcepta; & mandata legis nostræ nouæ & antiquæ. Sed quia illa quæ cantasti & legisti non reddidisti, & minus opere adimpleuisti, immo seruiendo diabolo homicidium perpetrasti, merito illa potestate te priuatum fore declaramus & librum Euangeliorum & Epistolarum tollimus, & amouemus, quia id non competit nisi dignis. Item veniendo ad stolam & illam accipiendo, & in manibus suis tenendo, dicant illam stolam candidam, & immaculatam eidem reo fuisse traditam, vt adimpleret officium sibi iniunctum, sed quia iugum domini per dictam stolam signatum turpiter abiecerat, ideo eãdem stolam ab eo amouemus & ipsũ inhabilem reddimus ad omne sacerdotale officium exercendum. Item remota stola dicant, eidem reo fuisse traditum manipulum per quem designatur fructus omnium bonorum operum, quæ per manus exercentur, sed quia ipse reus manibus proprijs execrabile homicidium commiserat, quare merito indignum ad deferendum manipulum se constituerat. Ideo illum amouent. Item pariter dicant tunicam albam fuisse sibi traditam pro puritate denotanda tanquam à lubrico, & puritatis inimico idcirco auferunt, item declarent amictum per quem designatur castigatio vocis ad malum fuisse traditum ipso reo verum tamen quia non castigauerat suã vocem,

Digitized by Google

valeam, ideo illum ab eodem reo tanquam indigno auferunt demum generaliter auferant potestatem intrandi sacrarium tangendi pallas, vasa & alia indumenta sacra, auferendo manibus dicti rei duo candelabra ibidem asportata, & claues pro clauibus ecclesiæ reputatas, amotis vlterius ab ipso reo omnibus habitibus & indumentis presbyteralibus supra descriptis, & ipso reo supplicio dumtaxat indumento huc oxistente Episcopo suâ exequutionem communicante, suâque dirigendo verba ad dictum reum fiet dicatur. Iqui abiecisti ignominiam secularis habitus, & coronam in tuo capite, quod est regale signum Sacerdotij in capisti, ob quam causam indignus factus domini fuisti electus, & successiue ad ordinem presbyteratus assumptus, sed quia non obseruasti sanctitatem, iustitiam & minus charitatem, Ideo authoritate Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & nostra, auferimus à te habitum clericalem, & mudamus te religionis ornatu, atque deponimus, degradamus & exuimus te omni ordine, priuilegio, & beneficio clericali, & tanquam à professione clericali, indignum redimus, te ignominiam, & seruicutem habitus & status secularis, & sic expoliatus super pallio, & demum cum forbicibus. Episcopus abradere debet aliquos pilos de capite rei, & demum barbitonsor abradendo debet continuare, & Episcopus dicat, te velut ingratum à sorte domini, ad quem vocatus fueras abiicimus, & coronam tui capitis, regale quidem sacerdotij signum, de tuo capite amouemus propter tui regiminis prauitatem, quam formam degradationis ponit Archidiaconus in cap. Episcopus 11. q. 3. quem refert, Follerus practic. crimin. fol. 272. num 19. Et illo tunc exuitur reus veste clericali, & quadam alia, veste laicali crocei coloris induitur, & Episcopus voluit se ad dominos iustitiæ temporalis dicens, domini iudices rogamus vos cum omni effectu quo possumus, vt amore Dei pietatis & misericordiæ intuitu, vt nostri interuentu miserrimo, huic nullum mortis, vel mutilationis periculum inferratis, & statim capitur reus à ministris secularis iudicij, & à dicto loco separatur. In Regno autem nostro non alia pœna obseruari vidi quam decapitatio, furcarum suspensio crematio, in frustra scissio, proratio; relegatio in insulam & deportatio exilium, & damnatio ad triremes, membri abscissio, & fusticatio, & hæc de generali consuetudine iniungi solent secundum facti & personarum qualitatem. Si quis fecerit quòd facere non debebat, aut dixerit quòd dicere non debebat, aut scripserit quòd scribere non debebat, aut alicui consilium dederit, quod dare non debebat. Aut enim facta puniuntur, aut dicta, aut scripta, aut consilia, dicit text. in l. aut facta, ff de pœn. (Cogitationis vero pœnam nemo patitur, l. cogitationis ff. eodem, & est communis opin. Bolon. in repe. l. capitalium §. famosos nam, vs. & seq. ff eodem, & hoc de iure ciuili nullam habet dimicultatem, etiam in crimine læsæ maiestatis, nisi ad actum exteriorem processum fuerit, vt voluit gl. ff. in l. quisquis in verb. eadem enim C. ad l. Iul. maiest. quam omnes. Scribentes sequuntur, vt dicit Foller. practic crim. fol. 196. num. 70. Quod secus est de iure canonico, per quod quis punitur in aliquibus casibus ex sola cogitatione, vt in hæresi Bald. in l. si quis non dicam rapere posse num. 1. vers. venio ad oppositiones C. de epis. & cler.) Quas quidem pœnas, vt supra amplia procedere quamuis seruus crimen commiserit. Eadem enim obseruanda sunt, si seruus reus postulabitur qui filius esset, ex Senatus-

Digitized by Google

cõsulto Cotta,& Messalla rescriptum inuenitur in l. hos accusare, §. si seruus ff.de publ iud. & in l. seruos eod. titu. Plane ex quibusdam legibus seruus reus fieri non potest quæ enumerantur in d l.hos accusare §.omnibus & in d.l.aut facta §.persona,ibi aliter enim ff.de pæn. Secundo amplia quãuis reus alius ejusdem criminis socii qui non accusator nominauerit, vel prodiderit,vt in l 17.§.nemo C. de accusat. Tertio amplia quamuis reus ruptis vinculis, & effracto carcere euadere sit conatus; qui adhuc puniendus est quamuis innocens ex eo crimine inueniatur,propter quod impactus est in carcerem l.in eos ff.de custod. reor. vbi reuelantur qui conspirationem detexerint. Quarto amplia quamuis reus se ipsum interficere voluerit,vt in l.3. §.sic autem ff.de bonis cor.qui ante sentent.vbi distinguitur. Quinto amplia quamuis crimen propositum quis non perfecerit, in maleficijs enim voluntas spectatur non exitus, l. diuus Hadrianus ff. ad leg. Cornel. de siccar. & alibi: dolus pro facto accipitur l.in l. Cornelia ff. eodem. Idem etiam diuus Hadrianus rescripsit in l.1. §.diuus eod. tit. facit poss.tex.in l.propter insidias C. quam accusa. non poss.tex.in l.quisquis ibi, eodem enim C. ad leg. Iul maiest.tex. in l.si falsos & in l.si docueris C. ad l. corn de siccar. text.in l. fraudis ff. de reg.iur. Et ideo punitur affectus licet non sequatur effectus & est communis opinio, vt dicit Ioan. de Lignano inter cons crimin diuers.cons.20.nu. 15.lib.1.&dicit Igneus in l.si sequens § cum ex parte num. 10. ff. de Syllan. quod fuit capitali supplicio affectus quidam nobilis qui sæpius conspirauerat in necem agnati sui proximi liberis carentis, pluriesque attentauerat illum interimi facere veneno, & sagitta, licet illum occidere non potuisset.Hodie tamen de generali consuetudine non punitur affectus neque conatus,siue attentatum,nisi sequatur effectus, Specul.in tit de accusat. §.1. num.7.in fin. Boer.decis.316. num.3. pract.Carer. fol.186. num.8. & ita videtur esse text. in l.1. §. fin. ff.quod quisque iuris text.in d.l.aut facta §.1. ibi euentu ff. de pæn. De hac etiam generali consuetudine attestat.Gand. de malefic.in tit.de reb. non portand. circa fin. & dicit Angel. quem refert Marant.in suo specul.fol.26.num.54. quod ista consuetudo est approbata per totum mundum, Afflict.super 1. par.Consti.Reg.rubr.41 in princ.nu. 6 & super 1.par. rubr.11. num.2. Vbi loquitur etiam in atrocissimis. Hanc autem generalem consuetudinem limita non procedere in Regno nostro in casu pragmaticæ 1. de scalar. prohib.& in casu pragmaticæ 17.Cardinal. Granuel. in quibus casibus punitur affectus,licet non sequatur effectus. Tertio limitationis loco nota quod hoc casu nunquam iudex conatum debet impunitum relinquere,sed semper debet aliquam pœnam extraordinem infligere Bald.in l.data opera num. 77. C. qui accusat. non poss. arbitrio tamen iudicis, & ita seruat consuetudo.

NOTABILE CAROLI Grimaldi, V.I.D. ad nu. 5. huius cap. 14.

COgitatio an, & quando puniatur vide in l.præsenti C.de his, qui ad eccles.confu.& ibi Doctores.

DE

Digitized by Google

DE ORDINE IVDICIORUM.

CAP. XV.

SVMMARIVM.

1 *Officium Iudicis quale esse debet in pœnis irrogandis.*

DIctum est supra capite proximo de multis, & varijs pœnarũ speciebus, verum quia discrimina sunt pœnarum, neque omnes eadem pœna affici possunt, sed pro varietate criminis, vel delicti pœna est iniungenda, vt dicit text. in l. in moris est, §. istæ fere ff. de pœn. Ideo respiciendum est iudicanti ne quid durius, aut remissius constituatur quam causa deposcit, nec enim aut seueritatis aut clementiæ gratia affectanda est, sed perpenso iudicio prout quæque res postulat, statuendum est, l. respiciendum ff. de pœn. cui concor. text. in d. l. aut facta §. 1. ff. eod. vbi cum enumerata essent supradicta quatuor genera criminum, subijcit iureconsultus, sed hæc quatuor genera consideranda sunt septem modis. Causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, & euentu, concord. text. in l. 4. §. pen. ff. de incend. ruin. & neufrag. Consideranda est igitur persona delinquens, & ideo in primis decuriones in metallum damnari non possunt, nec in opus metalli, nec furcæ subijci vel viui exuri, ita dicit text. in d. l. moris §. istæ fere. Præterea diuus Hadrianus eos qui in numero decurionum essent capite puniri prohibuit, nisi quis parentem occidisset. Verum pœna legis corneliæ puniendos mandatis pleniſſime cautum est in l. diuus Hadrianus ff. de pœn. Item decuriones ciuitatum propter capitalia crimina deportandos vel relegandos dui fratres rescripserunt. Denique Priscum in homicidio & incendio nominatum ante quæstionem confessum, in insulam deportari iusserunt in l. 6. §. fin. ff. de interdict. & releg. Manifestum est etiam, decurionem in opus publicum dari non oportere l. 3. C. de pœn. Præterea decuriones quidem fustibus castigari prohibitum est l. 5. C. ex quibus caus. infamia irrog. Parentes quoque decurionum eodem priuilegio vtuntur quo ipsi decuriones l. 9. §. parentes, ff. de pœn. sed an liberi decurionum? Respond. quod sic, vt in d. §. parentes, & concord. tex. in l. si matrem C. de pœn. & l. decuriones C. ex quib. caus. infamia irrog. & hoc quãuis filij ante decurionatum officium fuerint suscepti, vt in d. §. parentes, & l. §. filij ff. de decurio. Item quamuis pater decurio esse desierit d. l. 2. §. in filij ibi, plane. Item quamuis populus esclamauerit, filium decurionis vltimo supplicio tradi, adhuc enim debet gaudere l. decurionum filij C. de pœn. Item quamuis pater fuerit ignominia notatus l. 2. §. in ano ff. de decur. Item quamuis, & conceptionis, & natiuitatis filij tempore, decurio non fuerit medio tamen tempore fuerit d. l. 2. §. præterea. Item quamuis non naturalis, sed adoptiuus sit filius l. 4. C. de decur. lib. 12. Eodem igitur priuilegio vtuntur liberi decurionum. Nisi tamen pater ordine motus sit, vel relegatus, vt in d. §. auo ibi, sed si pater quo casu eodem priuilegio vti non possunt; nisi post conceptionem filij pater ordine motus sit, vel relegatus, vt ibi, vel nisi ad tẽpus ordine motus sit d. l. 2. §. si autem pus Item nisi in seruitute natus sit filius vel non sit decurionis legitimus filius l. 6. C. vt in possess. leg. Item nisi liberi post decurionatus officium amissum fuerint suscepti d. l. 2. §. in filijs,

Digitized by Google

filijs, ibi, plane si parens. Item nisi filius ob delictum aliquod honorem filij decurionis amiserit. Qui enim pro suo delicto amittit honorem, amittit etiam & commodum honoris l. vlt. §. fin. ff. de pæn. & refert Paris de findic. fol. 359. post num. 7. se fecisse suspendi quendam armigerum ex nobili prosapia, qui furto subtraxerat crucem argenteam & calices sacræ Eucharistiæ, talis enim (vt ipse ait) non erat dignus pœna nobilium. Eodemq priuilegio, vtuntur nepotes, & pronepotes decurionum d. §. parentes, & l. diuo Marco C. de quæst. Consideranda est igitur persona, & ideo aliter puniuntur milites & aliter pagani l quædam delicta, ff. de pæn. sunt autem pœnæ militum huiusmodi. Castigatio pecuniaria mulcta, munerum indictio militiæ mutatio gradus deiectio, ignominiosa missio, nam in metallum, aut in opus metalli non dabuntur l. 3. §. pœnę, & §. is qui ad hostem ff. de re milit. Veteranorum etiam priuilegium inter cętera etiam in delictis habet prærogatiuam, vt separentur etiam in pœnis, nec ad bestias vtique dantur, nec fustibus cæduntur l. 1. ff. de veteran. & dicit text. in l. 3. ff eod. quod veteranis & liberis veteranorum id. honor habetur, qui & decurionibus, igitur nec in metallum damnabuntur, nec in opus publicum vel ad bestias, nec fustibus cædũtur. Plane liberi eorum vsque ad primum dumtaxat gradum, pœna metalli, vel operis publici affici non debẽt, sed in insulam relegari debent, l honor. C. de pœn. Præterea aliter famosos quam integræ famæ homines maiores nostri seuerius punierunt, l. capitalium §. fin. ff. de pœn. & ideo dici solet, quod per probationem bonę famæ expurgantur & tolluntur indicia quantumuis vrgentia contra accusatum & inquisitum, & est communis omnium Doctor. sententia. Arnon. soliloq. 37. & ita quotidie fit hæc probatio, vt dicit Mantua in praxi iudiciaria, causa 37. quæ tamen parum prodest coram rigorosis iudicibus, qui (vt ipse ait) volunt sapere plusquam oporteat. Item mitius sunt puniendi nobiles quam ignobiles in pœnis tamen corporalibus, glos. in c. cum quidam in glos. 1. de iureiuran. quam dicit esse communiter receptam Couar. lib. 2. resol cap. 9. num. 3. secus autem in pœnis pecuniarijs. Sic etiam in pœnis corporalibus imponẽdis magis ignominioso mortis genere puniuntur plebei, quam nobiles, & ideo de consuetudine nobiles non solent furca suspendi, Bald. in d. cap cum quidam num. 3. Bart. in l. defensorem, §. pœna militum ff. de re militar quem refert Paris de find fol 359. num 3. & fol. 369. num. 5. Qui autem ex causa in metallum damnati sunt, & post hoc deliquerint, in eos tanquam metallicos constitui debet l. in seruorum, §. qui ex causa ff. de pæn. Præterea, qui nõ habet in ære luat in corpore l. 1. §. fin. ff. eod. l. 6. §. fin. C. de mod. mulct. l. 4. §. quod si ad C. de seru. fugit. §. qui vero lib. 2. feud. tit. 53. Aliter etiam puniendi sunt humiliores & aliter honestiores, & propterea non omnes fustibus cædi solent, sed hi duntaxat, qui liberi sunt, & quidem tenuiores homines, honestiores vero fustibus non subijciuntur d. l. capitalium, §. non omnes. Et dicit text. in cap. præterea, de cler. percus. quod episcopus, qui facit clericum fustigari suspenditur per duos menses à missarum celebratione. Nonnunquam liberi plebei & humiles personæ igne cremantur d. l. capitalium §. igni. Metallique supplicium etiam ad personas liberas pertinet l. metalli C. de pæn. Et in seruorũ conditione ita obseruatur, vt exemplo humiliorum puniantur l. in seruorum ff. de pœn. & maiores nostri seuerius seruos, quam liberos punierunt, d. l.

Digitized by Google

capitalium §. fin. Et dixit Pius Salvio Martiano rescripsit statui liberum quasi iam liberam puniendum l. mortis ff de pœn l. statuliber ff de quæstib. Considerandæ est igitur persona delinquens, & proinde si seruus crimen commiserit, deinde libertatem consecutus dicetur eam pœnam sustinere deberet, quam sustineret si tunc sententiam passus fuisset, cum deliquisset, ita dicit text. in l. 1 ff. de pœn. Et dicit glos. in l. sciant cuncti, in verb. moritur C. de legit. hæred. quam Doctor. sequuntur vt dicit Mars. in l. insans num. 13. ff. ad leg. cornel. de sicca. & in l de minori ff de quæst. num. 40. quod minor qui in minori ætate deliquit, & ob minorem ætatem non potest puniri, quod neque etiam potest puniri postquam peruenit ad maiorem ætatem. Per contrarium quoque si in deteriorem conditionem, quis fuerit redactus, eam pœnam subire oportebit quam substineret, si in conditione priore duraret d. l. 1. ff. de pœn. Quid autem si quis tempore delicti erat sanæ mentis, & postea effectus est furiosus, an possit puniri, de his quæ ante furorem perpetrauit? videas Bald. in l. furiosum circa finem C. qui testa. facc. poss. Ias. ibidem nu. 8. Ripa in l. fin. num. 229 ff. de reuocand. donat. Carer. pract. fol. 365. nu. 14 Cagnol. in l. in negociis, nu. 3. ff. de reg. iur. Duenteg. 259. vbi habetur quod non, & ita in facti contingentia iudicasse, refert Gulielm. de Benedict. in 2. par. cap. Rainutius fol. 45. num. 25. in fin. quem refert domi. Clar. in §. pract. q. 60. num. 7. vbi etiam refert ita fuisse iudicatum per senatum illius loci, in quodam fure Andrea de Aurificibus, qui postquam fuerat ex causa detentus videbatur in furire. Hoc tamen intellige, vt puniri non possit pœna ordinaria, sed bene potest puniri pœna extraordinaria iudicis arbitrio, & ita fuisse iudicatum ibidē refert, in causa cuiusdam Antonij Maria Sarzarij, qui in causa criminali, vti testis variauerat, & fuit iussus fustigari, non obstante insania allegata. Immo plus dico quod si delinquens perseuerauerit sanæ mentis vsque ad sententiam inclusiue, & deinde post sententiam effectus sit furiosus, quod adhuc non est exequenda condemnatio corporalis, Placza lib. 1. delict. cap. 29. post num 7. sed bene pecuniaria, idem domi. Clar. ibidem nu. 8. Considerandæ est igitur, persona delinquens, & ideo omnes qui fustibus cædi prohibentur, eandem habere honoris reuerentiam quam decuriones habent. Est enim inconstans dicere eum quem principales constitutiones fustibus subijci prohibuerūt in metallum dari posse d. l. capitalium §. & vt generaliter. Fœminæ autem in ministerium metallicorum, in perpetuum vel ad tempus damnari solēt, simili modo & in salinas d l. aut damnum 9. in ministerium ff. de pœn. Præterea peritia vel excellentia in aliqua arte, pœnam remittit aut saltem minuit l. ad bestias ff. de pœn. & ita communiter receptum esse, testatur Conuar. lib. 2. resolut. cap. 9. num. 6. & refert Paris de syndic. in verb. pœna cap. 1 in fin. quod ita ipso patrocinante obtinuerat in sacro consilio, in quodam bombarderio, & dicit Carer. pract. fol. 548. num. 72. quòd Dyn. euasit quendam insignem fabrum cui erat manus amputanda, & propter eius peritiam fuit mitigata pœna. Dicit tamen Cepoll. in l. mercis circa fin. ff. de verbor. signific. hoc valde difficile esse obtinere in practica licet sit de iure, & quod vidit viros egregios in aliqua arte decapitari. Est etiam considerandæ persona in quam crimen commissum est, & ideo aliter puniri debent, qui quicquam in dominum parentemue ausus est, quam qui in extraneum in magistratum quàm in

priuā-

Digitized by Google

priuatum d.l.aut facta §.persona ff.de pœn.d.l.capitalium §.omnia ff.eodem Præterea consideranda est causa, & modus delicti l.absentem ff.de pœn.§. fin. Delinquunt enim homines, aut proposito aut impetu, aut casu l. respiciendum, §. delinquunt ff. eodem, & ideo si quis ob iustum dolorem, quid commiserit, temperanda est pœna, l. si quis in graui §. maritus ff. ad Syllan.l.si adulterium cum incestu, §. Imperator, ff. de adulter. Vel si quis causa prouocationis fecerit, præsumitur enim hoc feciſſe causa defensionis & non vltionis, & ita dicant iura & Doctor. Marsil.cons.137.num.8. non tamen intelligas, vt in totum excusetur Boer.cons.4.num.28. Vel amoris, & dicit dominus Clar.lib.5.senten.§. practicæ q 60.quo in facti contingentia per senat. illius loci fuit absolutus quidam, qui propter amorem fecerat sortilegia, & quidam alius qui libellum famosum publicauerat contra quãdam puellam cuius amore captus erat, habita remissione fuit absolutus, tanquam quòd ex nimia amoris vehementia, non esset mentis suæ compos. Quòd non profuit nostris Neapolitanis, qui posuerunt schalas ad domum amasiarum suarũ, & fuerunt iussu Pro regis decapitati Gramm.decis.36.Vel causa senectutis, senectus enim excusat à pœna ordinaria glos. in l: fere in omnibus in glos. vnica, circa principium ff.de reg.iur. & est frequentiori calculo recepta sententia Placza lib. 1.delict.cap.32.num.13. in fin. quem refert idem domi Clar.in d. quæstio. 60.num.6.quod intellige secundum eum si leue delictum fuerit commissum, & ita obseruatur in practica, secundum quam in facti contingentia fuit quidam senex fur fustigatus. Præterea respiciendum est iudicanti an causa sit grauis an leuis, iuxta not.in d l.aut facta §.qualitate, & dicit text. in d. l. respiciendum, §. 1. ff.de pœn. quod in leuioribus causis leuiores iudices esse debent, in grauioribus tamen pœnis seueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi. Consideranda est etiam quantitas rei. Quantitas enim discernit furem ab abigeo d.l. aut facta, §. quantitate, & potest poni exemplum in d.l.capitalium §. incendiarij. Locus etiam delicti auget vel minuit pœnam d.l aut facta §.locus §.euenit. Item tempus pœnam auget vel minuit d.l.aut facta §. tempus Præterea augenda est pœna si reus aliquoties in eodem delicto apprehensus, tractatus sit clementius, exemplo d.l. capitalium, §. solent quidam. Cæterum si aliquid post crimen commissum eueniat pœnæ pœna non est augenda. Nunquam enim creseit ex post facto præteriti delicti & criminis æstimatio, & ita firmauit, & testatus fuit legillator in l.omnis in fin. ff. de regul. iur. locus autem si nimium pluribus grassantibus exemplo est opus, quia tunc pœnæ sunt augendæ d.l aut facta §.fin. & pone exemplum in l.1.ibi puniuntur, ff.de ambig. Item respiciendum est iudicanti si reus diu in ratu fuit, tunc enim pœna est lenienda l. si diutino, ff.de pœn. l. omnes C. eodem, Afflict. decis.277.& super 1.par. Const. Reg. rubr.50.num.4. Quod intelligo, nisi quis ob contumaciam, & sui culpa diu steterit in reatu. Item an iudicium sit ordinarium & crimini certa pœna sit statuta à legibus, quia hanc sequi tenetur non eam, quæ sibi videbitur. Facti quidem quæstio in arbitrio est iudicantis, pœnæ vero eius persecutio non eius voluntati mandatur, sed legis authoritati seruatur l.1. §. calumniatoribus, ibi, non vt Pedianus ff. ad senatusconsul Tertul. l.ordin. in princ. ibi, cum facti ff.ad municip.l.aliud est fraus § & multa quidem ff de verbor. signific. Nisi tamen crimen sit extraordinarium. In quo quidem crimine

Digitized by Google

ne, hodie licet ei qui extra ordinem de crimine cognoscit, quam vult sententiam ferre, vel grauiorem, vel leuiorem, ita tamen in vtroque modo rationem non excedat l. hodie ff. de pæn. Præterea considerandum est, an idem crimẽ diuersis legibus coerceatur, & pænis, si quidem alia pæna generali lege, alia speciali sit definita, non vtraque, sed specialis in specie est irroganda l. sanctio legum ff. de pæn. l. senatus ff. de accusa. Item si lex qua pæna criminis cõstituitur obscurior sit vel quoad verba attinet, vel quod ad eius sensum, pæna interpretatione est mollienda l. interpretatione ff. de pænis. Vltimo respiciendum est iudicanti si reus intra anni spacium non venerit, postea apprehensus leueriori sententia subiugetur l. 2. C. de requiren. reis.

ADDITIO FRANCISCI Ristaldi V. I. D.

COnsideranda est persona delinquens & ideo pater non tenetur pro delicto filij, neque etiam ex legitima debita ipsi filio post mortem paeris & ita communiter teneri, testatur Imol. in c. Rainutius nu. 42. de testam. quam opinionem dicit esse communẽ Viuius lib. commu. opin. fol. 208. ver. statutum disponens in prim. limit. Et dicit Bart. in l. si finita §. si de vectigalibus nu. 12. & sequ. ff. de damn. infect. quod pro delicto filij neque etiam potest fieri exequutio in peculio aduentitio ipsiusmet filij, neque in eius proprietate, licet sit totum filij; & eum sequuntur communiter Doct. teste Paris cons. 157. nu. 1. lib. 4 relatus per Couar. lib. 2. resol. cap 8. post num. 7. ver ex his patet Quod intellige si pater habuerit vsumfructum in huiusmodi peculio aduentitio, & ita fuisse iudicatum refert Capp. Thol. decis. 120. secus autem si non haberet vsumfructum Ruin. cons. 24 nu 6. Quid autem si statuto cauetur vt vnus puniatur pro altero, an hoc casu teneatur pro delicto filij? quòd sic, modo non corporaliter, pœna enim debet tenere suũ authorem, & est cõmunis opin Anan. in c. 2. de delict puer. Felin. in cap. cognoscens nu. 1. de Constit. Couar. lib. 2. resol. d. cap. 8. nu. 7 sed pecuniariter sic. Et ideo dominus tenetur pro familia pecuniariter Alber. in prima par. stat. q. 50.

NOTABILE CAROLI Grimaldi V. I. D. In hoc cap. 15.

ADuertè prout author dicit quod acrius punitur, qui ausus fuit contra parentes, quam contra extraneos; hinc fit quod vltra pœnam condignam à legibus statutam multi filij ex solis verbalibus iniurijs contra parentes prolatis exheredantur, & meritò quia cum maiori vinculo sint astricti, maiori reuerentia eos prosequi debent, Exemplum sit in filio Baronis, (vt feuda hic etiam locum vendicent) filius enim Baronis si domi à patre iniuriatur cui respondit tu mentiris, & si prima fronte facilè diceres, quod non est causa legitima exheredationis, quia vt filius exheredetur requiritur grauis, & inhonesta iniuria illata patri, vt est text. in Authen. vt cum de appellat. cogn. §. causas, & in feudis est text. in cap. 1. §. porrò quæ fuit prima caus. benef. ammitt. & verba illa (tu mentiris) licet sint iniuriosa, vt tenent Bartol. & Dyn. in l. si quis extraneus, de acquirend. hæredit. non tamen important grauem, & inhonestam iniuriam; sed tantum respondere tu dicis mendacium, quod non vide-

Digitized by Google

tur grauis iniuria; Immò nec videntur importare iniuriam cum proferantur ad defensionem alicuius iniuriæ obiectæ, vt dicit Bartol quem sequuntur Doctores omnes in l. quæ omnia ff. de procurat. Abba. in cap. cum te in penult. colum. de re iudic. & Moderni in l. finali, ff. quod quisquam iur. at filius protulit dicta verba respondens verbis prolatis à patre igitur non punibilis, eò magis, quia grauis iniuria non potest iudicari, quæ in solitudine profertur, vt fuit ista; sed illa quæ in conspectu plurimorum Instit. de iniur. §. atrox, & ff. eod. tit. l. prætor edixit, §. fin. cum l. sequ.

Attamen in contrarium est veritas, nam iniuria atrox consideratur ex qualitate personæ inferentis, & eius cui infertur, & ideo iniuria, quæ illata vni non esset atrox, si tamen inferatur patri à filio, vel patrono à liberto, vel existenti in magistratu dicetur atrox, vt est text. in dicto §. atrox, Institu. de iniur. & d. l. prætor, §. fina. cum l. sequ. sed nos sumus in patre, & filio, & in persona posita in honore cum dignitate, quia Baro, igitur iniuria est grauis & potest exheredari, eò magis, quia animus patris non præsumitur iniuriandi, sed corrigendi, vt not. in l. vestem ff. de iniur. voluit Bart. in l. vt vim, num. 4. ff. de iustit. & iur. igitur non licet filio retorquere, & replicare, l. fina. & ibi per Doctores, ff. quod quisquam iur. eò fortius, quia solo connitio priuatur quis feudo, determinat, Andreas de Isern. in cap. 1. num. 5. Si vassall. feud. priu. cui defer. ac ea quæ sufficiunt ad priuationem feudi sunt conuertibilia cum causis exhæredationis, cap 1. §. porrò quæ fuit prima caus. benef. ammitt. Igitur valida erit exhæredatio, quam opinionem retinendo non obstant contraria. Primò, quia grauitas iniuriæ causatur ex grauitate personarum. Secundò, quia pater dixit corrigendo. Tertiò, de solitudine; fateor quod atrocitas iniuriæ extimatur ex loco; sed non ex hoc solo extimatur atrox, sed etiam ex personis.

DE ORDINE IVDICIORVM.

CAP. XVI.

SVMMARIVM.

Sententia an sit exequenda num. 1. & 2. per totum. 1
Quando exequenda. 2
Quæ, & quanta pœna damnato, &c. 3
Vbi sententia est exequenda. 4
Quomodo fieri debeat executio. 5
Cadauera an sit sepelienda. 6
Pœna de iure communi, & Regni sententiæ non parentium. 7

DAmnato tandem reo, exequenda est sententia, alias enim frustra ferreretur si fuum non sortiretur effectum cap. quo ad consultationem, de re iudic. gloss. in rubr. C de execut. rei iudic. Et ideo an sententia sit exequenda. Quando sit exequenda. Quæ & quanta pœna damnato sit irroganda. Vbi sententiæ exequutio fieri debeat. Quo fieri debeat, & de aliis consequentibus in hoc cap. videmus.

Et

Digitized by Google

Et quo ad primum ſcilicet an ſententia ſit exequenda cum quæritur. Reſpond. quod ſic, & in hoc non dubitatur. Quod tamen pluribus modis limita non procedere, primo ſi is damnauit cui ius damnandi non eſt l. 2. §. fin. ff. de pœnis. Nec enim aliter multa debetur, quam ſi is dixit, cui licet dicere, dicit text. in l. ſi qua pœna eſt, §. 2. ff. de verb. ſignif. Quibus autem hoc ius damnandi competat ſatis abunde dictum fuit ſupra cap. ſept. cum ſequ. Nolo tamen omittere vltimi ſupplicij pœnam magiſtratui municipali damnandi ius non competere l. magiſtratibus ff. de iuriſd. omn. iud. Et vide text. in l. 2. §. conſtat ff. de pœn. & l. 2. §. relegandi ff. de offic. præfect. Vrb. & l. 6. §. 1. ff. de interdict. & releg. Quibus ius deportandi competebat de iure communi. Et vide text. in l. 7. §. 1. & §. ſicut autem quibus competebat ius relegandi, & l. 2. C. de pœn. an competebat procuratori Cæſaris, & vide text. in d. l. aut damnum §. præfecto. Quibus competebat ius damnandi in metallum ff. de pœn. & text. in l. 6. §. penul. ff. de offic. præfect. Et ius multæ dicendæ cui competebat, eod. iure communi, videas text. in l. 2. §. fin. ff. de iudic. l. 2. 3. C. de mod. mul. Item videas text. in l. 2. in princ. C. de priuil. Schol. lib. in princ. Quibus competebat ius verberandi, degradandi ue ſenatores, ac ducennarios, cui cõcor. text. in l. 3. C. de offic. magiſtr. offic. Et videas l. vnic. C. ne fin. iuſſ. princ. Quibus competebat, ius confiſcandi, ſeu bona publicandi. Secundo exequenda eſt ſententia. Niſi in metallum damnatus inhabilis reperiatur l. in metallum ff. de pœn. & per hunc text. inhabiles ad ſeruiendum regijs triremibus magna curia ſolet illis commutare hanc pœnam, in pœnam exilij, extra Regnum. Tertio eſt exequenda, niſi multa indicta ex facultatibus, dãnati redigi non poſſit l. 6. §. fin. ff. de offic. præf. Quarto, niſi ſententia mutata ſit, ac per appellationem reſciſſa, tunc. n. non eſt exequutioni demandanda, niſi is ſententiam mutauit, qui eam tulit, l. diui fratres in princ. ff. de pœn. Nõ. n. Præfidi Prouinciæ pœnam ſua dictam ſententiam reuocare licet l. pœnam C. eod. Niſi legitima ſubſit cauſa, exẽplo d. l. 6. §. fin. ff. de offic. præſid. Quinto, niſi tempus illud quod exilio deſtinatum erat, in carcere vel cuſtodia reus impleuerit l. omnes C. de pœn. quam legem non vidi obſeruari in Regno noſtro. Sexto niſi poſtea alia probationum inſtrumenta reperiãtur l. diui fratres §. 1. ibi, ſi tamen ff. de pœn. vbi etiam ſi damnatus de ſe mentitus ſit petatq. in integrum reſtitutionem; quod retardatur exequutio ſententiæ. Septimo exequenda eſt ſñia. Niſi tamen à ſententia ſit prouocatum l. 2. §. eum accepimus ff. de pœn. relegatorũ, §. his qui relegãtur, ibi relegatur plane ff. de interd. & releg. l. non tãtum ff. de app. l. addictos l. ſi quis C. de appel. l. 6. C. de epiſc. aud. Quo caſu retardatur exequutio etiam ſi vnus ex pluribus reis appellet, tunc. n. eius appellatio alijs prodeſt, & eſt cõis opinio, Aug. ad Aug. de malef. in verb. preſẽte Caio nu. 33. Item quamuis non dãnatus appellet l. non tantum ff. de appel. Item quamuis clericus ſit qui pro dãnato appellauit gl. in l. addictos C. de epiſc. aud. in verb. quibus, quam Docto. rſequuntur, idem Aug. quo ſupra nu. 5. Quod intellige primo niſi reus crimen vltro ſit confeſſus & cõuictus l. 2. C. quorum appel. l. ſi qua pœna eſt, ff. de verb. ſign. tunc n. appellatione etiã pendente non retardatur exequutio, niſi multa dicta ſit, non pœna capitalis, tunc quia quamuis confeſſus ſit, prouocatio eſt d. l. ſi qua pœna, prout etiam ſi coactus tormentis cõfeſſus ſit d. l. 2. ibi, ſicut. n. Secundo intellige quod appellat retardatio executionis, niſi quis vim fecerit vnde homo ſit in-

Digitized by Google

teremptus l. quoniam multa facinora C. ad l. Iul. de vi publ. Tertio nisi raptus crimen sit de quo sententia lata est l. vnica §. quibus & si, C. de rapt virg. Quarto intellige, nisi damnatum statim puniri publice interfit, vt sunt insignes latrones, & alijs de quibus in l. constitutiones ff. de appell. Et quod confessus sponte, & conuictus non appellet, & hanc esse communem omniũ Doct. sententiam, refert Igneus in l. & si certus nu. 19 ff. ad syll. & non solum in illis quinque criminibus, vt in d. l. 2. C. quor. appel. sed etiam generaliter in omnibus alijs delictis appellatio hæc denegatur. Et hanc esse communẽ opinionem refert Imola, in l. fin. §. si iussus nu. 8. ff. de appell. Dec. in c. cum speciali § porro nu. 4. de appella. Non igitur reus conuictus, & sponte confessus appellat, & ita de consuetudine seruari, refert Bart in l. qui vltimo in fin. ff. de pœn. relatus per Assil. super 2. par. Const. Reg. rubr. 10 nu. 56 Quoad secundum scilicet quando sentẽtia sit exequenda cum quæritur, Respon. quod regulariter statim exequenda est l. 5. in princ. C. de cust. reor. Et hoc quamuis damnatus dicat se habere quod Principi referat l. si quis forte, in princ ff. de pœnis. Limita tamẽ nisi Princeps rescripsit reum damnãdum, tunc enim pœna per triginta dies est differenda l. si vindicari C. de pœn. Fit enim differenda exequutio quãdo officialis cui à Principe iussum est aliquem decapitari, vel furca suspendi, si videret illum mãdatum esse iniustum, & illi rescribere, & ita communiter teneri refert Carer. prac. crim. fol. 323 nu. 110. Secundo limita nisi damnatus prius res suas componere velit l. 2. §. ei vero qui C. de exhib. reis Quam legem in Reg. obseruari vidi in relegatis in insulam tantum vel extra Regnum quibus datur hoc tẽpus ad colligendum sarcinulas. Tertio limita, nisi seruo damnato dñs rationes ab eo dari sibi desideret l. 1 C. de bon. proscrip. Quam legem non seruari de cõsuetudine attestantur, ibid. scribentes. Quarto limita, nisi mulier, damnata sit prægnans l 3. ff de pœn. l. Imperator ff. de statu hom & ita fuisse iudicatum in facti contingentia per Senat. illius loci refert domi. Clar. in §. pract. q. 97, num. 5. & hoc nedum in pœna vltimi supplicij, sed & in quacunque alia pœna corporali, vt ibid. refert dom. Clar. & ita similiter fuisse ibid. iudicatum in factis contingentia. Quinto limita, nisi ex damnato in alios quæstio sit habẽda l. qui vltimo in fi. ff. de pœn. Sexto limita, nisi dies feriatus sit, tunc. n. differenda est executio, vt est text. in l. si feriatis ff de fer. & in l. custodias ff. de publ. iud. Quod tamen intellige in diebus festiuis in honorem Dei, tũc. n. omnino esset abstinendum, & ita dicunt omnes Doct. in c. 1. de ferijs, teste Aug ad Ang. de malef. in verbo inchoata facta post nu. 12. Nisi tamen enorme delictum fuerit commissum iuxta tex. l pen. C. de fer. Et ita decisum inuenitur per pragm. 34. (ne delicta remaneãt impunita) Card. Gran. & ita seruari de facto, refert Marcus decis. 419. num. 2. Septimo limita, nisi damnatus dicat, quod antequam delictum commisit votum fecit ingrediẽdi religionem (secundum aliquos) quo casu non modo supersedẽdum esset ab exequutione sed remittẽdus esset iudici ecclesiastico, vt dixi supra fol. nu. De quo, an tale votum eo tpe emisisset, standum esset eius in iuramẽto, & ita cẽptum esse, firmauit Placza lib. 1. delict. c. 35. quod non est laudandum, neque in practica obseruaretur Cassa. super consu. burg. fol. 51. post n. 69. relatus per Couar. pract. q. 32. post nu. 4. vers. cẽterum quidem de quo etiam pendet lis in sacro cõsilio, an sit remittẽdus vel ne. Octauo limita, nisi sñia lata fuerit à iudice alterius territorij, tũc enim exequutio nõ

est

Digitized by Google

est exequenda, nisi ad literas illius iudicis exequatur, qui eam protulit, Paul. de Castr. in l. cum quædam puella nume. 5. ff. de iurisdict. Quod tamen intelligo procedere quando territoria sunt sub diuersis Principibus, secus autem si sint subdita eidem Principi quo casu vtique posset illam exequi, etiam à seipso, si videat quòd executionem meretur Boss. in titu. de foro compet. num. 86. Nisi tamen (intelligas hoc procedere) dominia eiusdem Principis essent separata, & ideo sententiam latam per officiales Regni Siciliæ non possunt officiales magnæ curiæ exequi dom. Clar. in §. pract. q. 96. num. 9. sed ibi reum remittere debent & è contra, vt in pragm. 3 & 6. vbi de delicto. Nono limita, nisi reus contra quem lata est sententia, aliquem de aliquo crimine accusauit, tunc enim differenda est exequutio ipsius, donec iudicium illud finiatur, Imol. in l. is qui reus num. 24. ff. de pubi. iud. & ibi Angel. num. 17. in fine. Quod difficile esset obtinere in practica, idem dom. Clar. ibi q. 97. num. 2. Decimo limita, nisi adhuc lapsi non sint decem dies, qui dantur ad appellandum, tunc enim differendâ esse exequutionem voluit Bart. in l. qui vltimo in fin. ff. de pæn. & hanc esse communem opinionem, firmauit Felin. relatus per Couar. pract. q. 23. post nu. 4 vers. 6. est omnino per Boss. in tit. de appell. num. 4. Quod de consuetudine non obseruatur, per quam immediate sententiæ capitales exequuntur, non expectatis dictis decem diebus idem Bart. vbi supra, relatus per Angel. in verb. Et ibi caput nu. 25. sequitur Carauit. super rit. 259. nu. 3. & ita in specie seruari in patria Delphi. affirmat Guid. Pap. decis. 74. in fin. quod tamen intelligo procedere in casibus in quibus non datur appellatio, vt supra, & ita etiam tenet dom. Clar. in d. §. prac. q. 96. nu. 2. in fi. Statim igitur exequenda est sententia, nisi tamen iudex ecclesiasticus aliquem cõdemnauerit in aliquam pœnam corporalem eumque puniendum remiserit iudici sæculari, tunc enim non statim exequenda esset sententia, sed deberet ipse de nouo cognoscere, ita Feli. in c. at si clerici, nu. 14. de iudic. relatus per Curt. iun. in l. magistratibus num 4. ff. de iurisd. om. iudic. qui dicit, hanc esse communem opinionem, & hoc. Nisi iudex ecclesiasticus illum tãquam hæreticum cõdemnasset, quo casu statim deberet inquisitoris sententiam exequi, & est communis opin. Cagn. in l. cum quædam puella post num. 33. ff. de iurisd. om. iud licet Bar. in d. l. magistratibus tenuerit contrarium num. 4. contra quem est communis opinio maxime canonistarum Bero. in d. c. & si clerici nu. 79. & seq. Simancas de hæret. c. 36. nu. 3. Nec illa pœna commutari potest vt est communis opinio Boss. in tit. de hæret. nu. 57. Cæterum si crimen esset sæculare vel mixtum, tunc enim non teneretur statim exequi facere sentẽtiam, secundum opinionem Felin. nisi fiat sibi fides de processu Alciat. in c. 1. num. 19. de offic. ord. Duodecimo limita, nisi reus morti tradendus nolit peccata sua confiteri, tunc enim omnino esset supersedendum insequẽtem tantum diem, domi. Clar. §. practica q. 97. nu. 4. Decimotertio limita, nisi dum reus ducitur ad supplicium. Compareat meretrix aliqua, petens illum sibi dari in maritum, tunc enim liberandus erit, & ita seruari de generali consuetudine Regni Franciæ, refert Cassa. super cõsuetud. Burg. fol. 53 nu. 7. & ita practicari in Hispania, refert Paris de syndic. fol. 355. num. 2 in fin. relatus per Viu. lib. commun. opin. in verb. condemnatus ad mortem vers. tertio. Quod in Reg nostro non obseruatur. Decimoquarto limita, nisi condemnato, Cardinalis obuiam ei venienti imponi faciat

Digitized by Google

suum pileum purpureum, in capite ipsius, tunc enim liberetur à morte, Bald. in l. addictos in fi C. de appell. & ita fere tota vtriusque iuris schola in hoc consentit Placza lib. 1. delict cap. 34. num. 1. in fi Gomez sequitur in §. pœnales Instit. de actio. nu. 40. & ita etiam obseruari in practica, refert Tiraqu. de pœn. causf 55. nisi crimen esset ex atrocissimis, vt sentire videntur dicti Doctor. Sed an sententia sit statim exequenda facto laqueo protestatione prius præmissa per reum, de innocentia delicti, videas domi. Clar. d. q. 47. num 9 vbi plura cumulauit, & sic habes an & quando sententia sit exequenda; succesiuè quæritur. Quæ & quanta pœna sit damnato irroganda. Respond. quòd si pœna in sententia non est expressa, legis pœna est irroganda l. 1. §. calumniatoribus, ibi, & quamuis ff. ad Senatusc Turp. si vero pœna in sententia non sit adiecta, & alia lege alia pœna sit statuta, mitior lex erit sequenda l. si præses ff. de pœn. Sed & si, sine temporis præfinitione damnatus sit reus vel in metallum, vel in vinculaj, &c. decennium præfinitũ esse videtur l. sine præfinito ff. de pœn. cui contradicere videtur tex. in l. seruus sub pœna C. eod. Sed vbi executio est faciẽda (præmissum ordinem prosequendo) quæro? Respond quòd in loco consueto, nisi delinquens famosus sit latro l. capitalium §. famosos ff. de pœn. Vidi etiam in non famosis latronibus reos suspendi facere per magnam curiam Vicariæ, in loco vbi furtum commiserunt, & ita etiam se vidisse obseruari refert Marian. in repe. C. qualiter, & quando nu. 160. & ita in multis locis fieri refert Bald. in l. 1. C. de nili. agg non rumpen. Et non solum in furto, sed in alijs atrocissimis delictis (assassinij puta) & ita etiam fieri debere, refert Aug. ad Angel. de maleſi. in ver. vsque ad locum.

5 Quomodo autem sit faciendæ executio, si quis ad mortem fuerit damnatus? videas text. in l. aut damnum §. 1. ff. de pœn. Scias autem, quòd quotiescunque imponitur pœna combustionis, prout in crimine hæresis, sodomiæ & falsi, &c. debet prius furca suspẽdi, quam comburatur, & ita apud christianos seruatur Couar. lib 2. resol. c. 10. nu. 9 Nisi tamen imputatus de hæresi nolit pœnitere, tũc enim viuus est exurendus, & ita in Hispania obseruari refert, idem Couar. ibid. Facta 6 sunt executione scias quòd de iure ciuili non licet cadauera reorum sine licentia Principis sepelire, sed petẽtibus danda sunt l. 1. l. 2. l. 3. ff. de cadauer. punitor l. obnoxios C. de relig. Quamuis corpus fuerit exustum, d. l. 1. §. fin. Et hoc nisi ex causa criminis læsæ maiestatis, vel similes damnatus fuerit reus d. l. 1. § nonnunquam, tũc enim postquam sunt suspensi, vt cæteris sint exemplo & terrori, solent relinqui in loco iustitiæ, Igneus in l. 1. §. si sibi manus post nu. 49. Cæterum de iure canonico possunt corpora dãnatorum sepeliri, vt est text. in c. quesitum 53 q. 11. Sed quæ pœna sit irro- 7 ganda damnato si sententiæ nõ paruerit, videas text. de iure communi in d. l. capitalium §. in exulibus l. 4. l. aut damnum §. inter eos, & quisquis autẽ, ff. de pœn. & de iure Reg. videas text. in pragm. r. 2. 3. & 4 de relegat.

ADDITIO FRANCISCI Ristaldi. V. I. D.

ADde quòd licet iure cautum sit quòd si quis post condemnationem capitalem contra aliquem latam compareat, & dicat reum damnatum esse obligatum ad reddendum rationem alicuius mercaturæ vel administrationis, quod eo casu debeat differri exequutio sententiæ. Contrarium tamẽ seruatur de consuetudine Ang. de

Digitized by Google

de maleſ. in verb. & ibi, caput nu. 31. idem dicit Cæpol. caut. 5. Carau. ſuper rit. 259. poſt nu. 5. Iaſ. in l. ſeruus, in princ. nu. 3. ff. de leg. 1. Paris de ſynd. fol. 356. c. 20. nu. 1. Bene tamē eſſet differenda exequutio quando officialis cui à Principe iuſſum eſt, vt faciat aliquem decapitare videret illum mandatum, eſſe iniuſtum, & debet Principi reſcribere, & ita communiter tenetur Carer. pract. crim. fol. 323. nu. 110. Sed an ſententia ſit exequenda ſi poſt eius prolationem appareat de eius innocentia. Reſpond. quòd non, ita Innoc. in c. ſignificantibus in fi. de purga. canon. quem ſequuntur, communiter Doctor. Gram. conſ. 16. num 23 Plane ſciendum eſt, quòd iudex non debet eum abſoluere cum non poſſit poſtquam lata ſententia dicatur functus officio ſuo, ſed debet ſuperſedere, & Principi reſcribere l. 1. §. ſi quis vltro ff. de queſt. Et ita notant communiter Doctor. Ant. Gomez cap. 8. delict. poſt num. 4.

DE ORDINE IVDICIORUM.

CAP. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio bonorum in quibus caſibus locum habeat, tam de iure communi, quam Regni.*
2 *Et quæ veniant in ea.*
3 *Infamiæ cauſæ quæ ſint.*
4 *Et qui notentur infamia.*

QVia damnato reo, ſuccedit pœna publicationis bonorum, & infamiæ nota, proinde de his videndum reſtat contra miſeros inquiſitos. Et primo quo ad pœnam publicationis bonorum ſcias quòd de iure antiquo damnato reo eius bona publicabantur l. 1. ff. de bon. damn. l. 3. in princ. ff. de interd. & releg. l. 4. C. eod. Niſi in caſu l. 1. & 3. C. de bon. dam. Item in caſu l. 10. eod. tit. C. Item in caſu l. fi. ff. de bon. damn. & in l. 9. C. eod. Item in caſu §. vt autem non ſolum in Auth. vt nul. iud. & in caſu l. 2. ff. de bonis damn. cui concor. text. in l. 2. §. fin. de bon. eor. qui ante ſent. text. in l. 3. §. ſic autem eod. tit. & in l. 1. C. de bon. eor. qui ſibi mortem conſciuer. l. fin. C. de iure fiſci l. in fraudem ff. eodem. Hodie tamen totus mundus ſeruat, quòd bona non cōfiſcantur in aliquo caſu, niſi in crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis de qua conſuetudine & obſeruantia generali, loquitur Alber. in 3. par. ſtatut. q. 18. circa fin. relatus per Cæpol. conſ. crim 12. in tertio dubio, verſ. ſed vltra dictum ſequitur, Dec. conſ. 442. nu. 2. Boer. deciſ. 264 nu. 15. Rol. cōſ 97. nu. 2. lib. 2. Nouell. pract. crim. fol. 176. nu 6. in quibus caſibus etiam de iure Regni noſtri expreſſum reperitur, vt in Conſt. Reg. inconſutilem, & Conſt. Apoſtatantes, & in Cōſtit. Reg. comes, & dixi infra in 2. par. in tit. de crim. læſæ maieſt. diuin. & human. Conſuetudo autem in Regnis Franciæ in clericis condemnatis eſt, vt eorum bona mobilia confiſcentur Epiſcopo, immobilia vero Principi ſæculari Boer. ſuper conſue. Biturcen. fol. 20. col. 3. quem refert domi. Clar. in d. §. pract. q. 78. nu. 1. in fin. Qua diſpoſitione & iuris communis, & Regni noſtri. Quæro quæ veniant in hac pœna. Reſp. quòd regulariter veniunt omnia ea quæ tranſeunt in extraneos hæredes, & è conuerſo, ea quæ non tranſeunt in extraneos hæredes, non tranſeunt in fiſcum & iſta eſt cōmunis & vera cōcluſio Alc. cōſ 522. poſt nu. 6. Et ideo confiſcatis bonis vaſſalli nō

Digitized by Google

publicatur feudum Bart. in l. si finita, §. si de vectigalibus nu. 3. ff. de dam. infect. & est communis opinio Boer. decis. 274. nu. 9. Alex. in d. § si de vectigalibus num. 30. Roma. ibidem; relatus per Apostill. ad Ang. de malefic. in verb. præsente Caio post nu 40. Curt. Iun. consil. 4. nu. 20. Similes non veniũt bona emphiteotica, quæ de sui natura non transeunt ad extraneos hæredes; Bart. ibidem nu. 6. quam opinionem dicit esse communem Apost. ad eundē Ang. in verb. & eius bona nu. 16. Item nec venit pars, quæ patrono damnati debetur l. 7. §. si in Libertinum ff. de bon. damn. Præterea in hac pœna non veniunt res vxoris damnati, dos, & ante nuptialis donatio; & alia ipsius bona vxoris l. 9. C. de bon. proscript. concor. §. præterea, & §. vt autem, ibi sin vero qui, in Auth. vt null. iud. & §. si de adulterio, ibi. At si quidē adult. in Auth. matri, & auiæ, sed an veniant ea quæ vir ex bonis damnatæ consequitur videas text in § prædicto, si de adulterio: Præterea non veniunt bona prohibita alienari Bart. in l. Imperator num 1. ff. de fideicom. libe. quem sequuntur communiter Doctor. Socci. Iun. consil. 77. num. 15. lib. 2. & hæc est apud omnes scribentes vera conclusio Gramm. decis. 105 Nec iura & actiones, & ita est communis opinio, vt dicit Arius de bonis maternis, fol. 29. num. 26. & sequ. vbi grauiter reprehendit Cassan. super consuet. Burgund. fol. 94 num. 14. sed an in confiscatione bonorum filijfamilias veniãt eius bona profectitia? quod non, & in hoc neutro dubitat Ruin. consil. 24. num. 5. lib. 5. Soccin. Iun. in d. consil. 77. num 6. prout nec è contra publicatis bonis patris censetur publicatum peculium profectitium filij, Sali. in l. si quis post vers. si quid etiam num. 3 C. de bon. proscript. nisi in casu notat per Boss. in tit. de bonor. public. num 71. Dicit etiam Bart. in d. §. si de vectigalibus num. 12. quod nec bona aduentitia veniunt in confiscatione bonorum, quem sequuntur communiter omnes, vt dicit Paris consil. 157. num 1. lib. 4. relatus per Couar. lib. 2. resolut cap. 8 post num. 7. vers. Ex his patet. Immò peculium Castrense non confiscari, dicit text. in l. 3. C. de bon. proscript. secundum intellectum qui est magis communis, vt dicit Alex. in l. 3. §. si filius num. 3. ff. quod quisque iur. relatus per Dec. ibidem num. 4. quam opinionem dicit esse communem Paris in d. consil. 157. Boss. in tit. post num. 71. Publicatis autem bonis mulieris constante matrimonio non publicatur dos & est communis opinio Nellus de bannitis, relatus per August. ad Angel. de malefic in verb. & eius bona, sub num. 29. nisi in quinque casibus notatis, in l. quinque legibus ff. de bon. damna. in quibus & confiscatur Boss. in tit. de bon public. num. 73. Nec filijs quicquam hoc casu reseruatur l. de bonis, C. de bon. proscript. quam conclusionem indistinctè approbant Docto. teste August ad Angel. de malefic. in verb. & eius bona, sub num. 18 sed quid si delata est hæreditas delinquenti tempore confiscationis, numquid secura confiscatione illud ius adeundi transeat in fiscum? quod sic. Si illud ius adeundi transiret in extraneos, secus autem si non transiret ad extraneos hæredes, & ita tenent communiter Doctor. Ias in l. si quis mihi bona, §. seruus municipium circa fin. ff. de acquir. hæred. Dicunt etiam Doctor. quod in confiscatione bonorum non veniunt bona acquisita post damnationem, sed tantum ea quæ delinquēs habet tempore publicationis, Nell. de bānit. in 1. par. secun. temp. nu. 18. Ias. in l. si stipulatus fuerim §. cum stipulamur nu. 7. ff. de verb. oblig. & hanc dicit esse communem regulam Boss. in tit. de bon. publ. post nu. 80. In cõtrarium

Digitized by Google

rium est veritas, vt est text. expressus in l. 2. C. de bon. proscr. sed an veniat pannicularia & spolia, videas text. in leg. diuus Hadrianus, ff. eod tit. Ea autem quæ in liberos ante reatum contulit, integra ijsdem reseruari debent, dicit tex. in l. 9. §. si quid etiam, C. eod. tit. An autem alienatio facta à delinquente ante commissum delictum valeat, & teneat? quod sic si fraudis suspicio nō intret, secus autem si aliqua fraudis suspicio subesset vere vel præsumptiue. Tunc enim licet alienatio non irritetur, potest tamen à fisco reuocari, Boss. in tit. de bon. publ. post n. 43. restituto tamen precio, idem Boss. post nu. 45. Quomodo autem probetur fraus vide eundem Boss. post num. 45. Bar. in l. post contractum, ff. de donat. verum autem valeat alienatio facta post delictum ex titulo oneroso, & ante sententiam videas Ang. leg. si quis, nu. 4. C. de bon. proscrip. Picum in leg. post contractum, ff. de don. post nu. 37. & quid si post sententiam, videas eundem Picum, post nu. 29. vers. quintum Bonis autem venditis vel permutatis post delictum, precioque in emptionem introituum conuerso, confiscatis bonis delinquentis non debent priores possessori molestari, & ita colligi videtur ex l. Imperator §. fi. ff. de l. 2. nisi fraus interuenerit, vt supra, & ita etiam intelligo dispositionem, d. l. 9. §. si quid etiā. Vltimo scias, quia actiones creditorum damnati ad uersus fiscum competunt, exemplo, l. 4. ff. de bon. damna. & exemplo, l. 5. C. eod. pro ea tantum parte pro qua fiscus succedit, l. 1. C. de fideiuss. Proinde ex bonis publicatis deducendum est æs alienum, l. non possunt, ff. de iur. fisc. & hæc est communis omnium sententia, Calca. cons. 66. nu. 4. in fin. & non solùm ciuilis actio, sed etiam naturalis transit in fiscum, Imol. in l. si debitori, in fi. prin. ff. de fideiuss. Planè iura conditionalia non transeunt, ita Glo. in l. non ad ea, in verb. præsens, ff. de cond. & demonst. & videas Ias. l. si quis arbitratu, post nu. 9. ff. de ver. oblig. relatus per Boss. in titu. de bon. publ. nu. 14. & hæc dixisse sufficiāt de publicatione bonorum. 3 Quæ autem sint causæ ex quibus infamia irrogatur. Sciendum est. Et in primis si quis iudicio publico damnatus fuerit infamia notatur, l. infamem, ff. de pub. iud. l. 1. §. qui iudicio, ff. de his qui not. infa. & hoc siue actum sit via ordinaria, siue ex officio, Ang. in l. ea quidem, nu. 28. C. de accu. & non in contumaciam, Viusus lib commu. opin. in ver. ipsa. iur. & pone exemplum in le. 2. §. miles, ff. eod. Item si ob calumniam, vel præuaricationem leg. 1. §. qui iudicio, l. 4. §. calumniator, ff. eod. & hoc quamuis alieno nomine accusauerit, l. 8. C. de calum. secus autem si non fuerit damnatus, l. 4. §. calumniator, ff. de his, qui not. infa. Item si furtiui, bonorum raptorum iniuriarium, dolo malo, & fraudē quis fuerit damnatus, vel pactus, l. 1. §. qui furti, l. 4. §. fi. cum l. seq. ff. eo d l. infamem, l. 5. C. ex quib. cau. irrog. §. temere, Inst. de pen. temē. litig. & hoc siue furti manifesti, siue nec manifesti sit actum, l. 6. ff. eo. Vel si ob id, quod seruo iniuriam fecerit damnatus sit, l. iniuriarum, Cod. eod. Cæterum si ideo quis fuerit damnatus quod apud eum fuerit ignoranter res aliena furata reperta fuerit, hoc enim casu non notatur, l. furt. C. eod. prout nec etiam notatur si nullo dato precio, precibus quis impetrauit ne furti secum ageretur, vel iniuriarum, vt in l. 6. §. pactusue, ff eod. & in l. non damnatos, C. eod. Vel si quis iussu prætoris pactus est ne ageretur d. l. 6. §. qui iussu. Vel si quis iure iurando iurauerit se non fecisse ibidem, & in l. 18. in fin. C. eo. vel si quis in actione quæ ex contractu oritur, pactus sit ne agatur, l. in actionibus, ff. eod Præterea infamia notatur si quis iudicio expi-

Digitized by Google

expilatæ hæreditatis damnatus sit, l si te, C. eod. Vel crimine stellionis, l. 13. §. fin. ff. eod. Vel pro socio mandati tutelæ, & depositi iudicio, l 1. §. qui pro socio, ff. de his, qui not. infa § ex quibusdam Institu. de pœn. temer. litig. d. l 16. §. mandati, ff. de his, qui not infa. l. fidem, C eodem. Nisi non suo, sed alieno nomine conuentus condemnatus sit, ita tex. in d. §. pro socio, & proinde hæres, qui defuncti nomine pro socio aut tutela, aut simili actione conuentus, & condemnatus est non sit infamis, interdium tamen etiam suo nomine hæres in istis actionibus cum defuncto contractis tenetur d. l. 6. §. plane. Item nisi non directa, sed cótraria actione sit actum, quo casu damnatus infamia non notatur d. §. illud planè, facit tex. in §. ex quibusdam, Insti. de pœn. temer. litig. & in d. l. sexta, §. fin. Item notatur infamia si miles ignominiæ causa sit dimissus d. l. 1. ff. de his, qui not. infa. quod dic, vt dicit text. in l 2. ff. eodem. Vel exauthoratus fuerit, d. l. 2. ibi, sed & si ita. Item infamia notatur si quis artis ludicræ pronunciandivè vel quæstus causa in scænam prodierit d. l. 1. §. 1. ff. eod. quod declara, vt notat in d. l. 2. §. fin. limita autem hanc causam non procedere in causa l. 3. ff. eodem. Item in casu l. 4. in prin. ff. eod. & in casu, l. si fratres tui, C. eo. Præterea infamis efficitur si quis lænocinium fecerit, d. l. 1. §. qui lænocinium, ff. eod. quod declara prout notat in l. 4. §. ait prætor, ff. eod. & in leg. 43. §. lænocinium, ff de ritu nupt Item infamia notatur mulier si intra annum luctus nuptias iterauerit, d. l. 1. §. qui eâ, ff. de his qui not. infa. & quæ sit ratio videas tex in l. liberorum, §. 1. ff. eod. facit tex in l. decreto, & hoc quamuis talis fuerit maritus defunctus, quem lugeri non oportet, d. l. liberorum, §. 1. & §. non solent. & concor. leg. minimè, ff. de relig. Hodie tamen hæc causa cessat. Sed ea retenta limita non habere locum, si ignorans quis talem vxorem duxerit, aut filium suum ducere passus aut eam nubere, d. l. decreto cui concor l 8 in princ. ff. eod. Nisi tamen ignorantia iuris non factis sit lapsus, & in d. l. liberorum, §. notatur. Item limita non procedere si princeps permiserit mulieri intra tempus luctus nubere, l. solet, ff eod. Item limita si non nuptias, sed sponsalia intra tempus luctus contraxerit, d. l solet, in fin. Item limita, si post partum intra lugendi tempus æditum nupserit d. l. minimè, ff de relig. Item limita, si iussu patris in cuius est potestate, vel nupserit vel duxerit d l. liberorum, & hoc quamuis postquam patria potestate est liberatus, numptam retinuit, l. qui iussu, ff eodem. Item limita, si defunctus non maritus, sed sponsus fuerit, l. vxores, ff. eod. Itè limita, si non vxor, sed maritus post mortem vxoris superstes, intra annum nuptias intrauerit dicta. l. vxores. Vltimo limita, hanc causam non procedere, si ea quæ nuptias iterat non maritum, sed vel liberos vel parentes defuncta lugeat, d. l. liberorum. Præterea infamia notatur. Si quis bina sponsalia binasvè nuptias eodem tempore habuerit, vel filium filiamvè passus sit habere d. l. 1. §. fin. ff. de his, qui notan. infam. l. secunda. C. de incest. & inutil. nup. & hoc quamuis alteri nupta sit, non vtrique nupta, l. quid ergo, §. item si, ff. de his, qui notan. infa. Item quamuis cum altera matrimonium esse non possit d l. quid ergo, §. cùm autem. Item infamia notatur si per calumniam ventris nomine in possessionem mulier missa est l. notatur, cum duabus legibus sequentibus, ff. eodem Nisi mulier in potestate fuerit parentis, l. debuit, ff. eodem. tunc enim parens in cuius est potestate notatur, l. non alia, in fin. ff. eodem. Item nisi mulier errore potius quàm dolo passa est se immitti, l. ea quæ falsa, ff. eodem.

Item

Digitized by Google

Item nisi pronunciatum non fuerit mulierem calumniæ causa, fuisse in possessione, d.l. non alia. Item infamia notatur, si quis improbum fœnus exercet l. improbum, C. eod. Vel si quia mulier palam quæstum faciat, licet nō in lupanari, sed alibi, l. palam, in prin. ff. de ritu nuptia. & hoc quamuis mulier sine quæstu se prostituerit, dicta l. palam, §. rectissimè. Item quamuis ob paupertatem quęstum faciat, d.l. palā, §. non est. Item quamuis non amplius quæstum faciat d l. palam, §. non solū, nisi tamen in seruitute quæstum fecerit, l. Imperator, ff. de his qui notan. infam. Quid autem si non cum quouis rem habeat, sed cum delecto quæstum facit, an notetur infamia? quod non vt in d.l palam, §. palam autem. Præterea infamia notatur si reus adnotatus non venerit, l. 3. C. de requi. reis, vel si qua mulier in adulterio fuerit deprehensa, d l. palam, §. quæ in adulterio. An autem notetur infamia si alicuius testis testimonium fuerit reprobatum quòd non, l. Lucius titius, ff de his qui not. infa prout nec etiam infamia notatur si quis cum plus debiti tributorum nomine exegisset in duplum sit condemnatus, l. 2. C. eodem, vel si quis bonis paternis se abstinuit, l. nemo C. eod. vel si pater in testamento filios obiurgauit, l. ea quæ, C. eodem, vel si quis ictus fustium substinuit, l. ictus fustus fustium, ff. eo. l. nullam, C. eod. nisi tamen causa subsit, vel sententia præcessit ex qua infamia solet irrogari d ll. & concor. l. fustibus, C. eod. Præterea infamia non notatur si quis in carcerem fuerit coniectus, leg. 1. C. eod. vel si quis negocia patriæ non defendit, l. neminem, C. eod. multa etiā infamiam non irrogat, l. 1. C. de mod. mulct. sed an infamis dici possit si quis ex militari delicto fuerit notatus, videas, l. frustra veteris, C. de re milit. Vel si quis ob crimen priuatum fuerit condemnatus, videas tex. in l. infamem, ff. de pub. iud. & hæc de causis quæ infamiam irrogant dixisse sufficiāt, verum quia multas patiuntur exceptiones & limitationes, & præsertim illa causa si quis ex causa famosa fuerit condemnatus: Proinde limitā supradictas causas locum non habere, si quis condeunatus non fuerit exemplo, l 4. calumniator, ff. de his qui tot. infu. & exemplo, l. 19. ff. eo. tit. quod intellige, nisi is qui crimen commisit pactus sit ne agatur vt supra diximus Item limita si appellatum fuerit à dānato, l. 6. §. 1. ff. eod. Vel si quis non suo, sed alieno nomine fuerit damnatus, d.l. 6. §. si quis alieno, & dixi supra. Vel si seruus liber factus ex suo delicto noxali actione tanquam hæres domini conuentus, & condemnatus sit, l. seruus, ff. eod. Vel per procuratorem causa defensa procurator dānatus sit, l. furti, §. si quis alieno, ff. eo. concor. l. 2 ff. de obseq. liber. Vel si arbiter compromissarius damnauit, leg. quid ergo, §. ex compromisso, ff. de his qui not. infa. Vel si non causa cognita iudex pronunciauit, d.l. quid ergo, §. quantum, l. verbum, C. eod. l. ob hæc verba, ff. eod. leg. interlocutio, C. eod. Vel si pœna grauior quam lex statuit sit imposita damnato, d. l. quid ergo, §. pœna cui concor l. 4. C. eod. l. in seruorum, §. fin. ff de pœn. Vel si mitior pœna irrogata sit quam lex statuit, l. 3. C. ex quib. cau. infa. irrogata sit quā Vel si tempus pœna præstitum finitum sit, l. 1. C. de his qui in exil. tex. in d.l. C. ex quib. cau. infa. irrog & in l. 5. ff. de decur. & in l. falsi nominis, §. ordine, ff de fal. & in l. 2. C de his qui in exili. Vel si condictione furtiua vel simili sit actum, l. cessat, ff de actio. & ob lig. sed quid si in sententia pœna non sit adiecta damnato, an sit infamis? videas text. in leg. si te, Cod. ex quibus cau. Sed an filij & cognati, notati, notentur infamia, videas text. in leg. 4 crimen, ff. de pœn. & in leg. 2. §. nullum,

Digitized by Google

lum, ff. de decur. & in leg. ſancimus, C. de pæn.

NOTABILE CAROLI Grimaldi V. I. D. ad nu. 1. & 2. huius cap. XVII.

ADuerte prout author dicit quod dos vxoris pro qua habet hypothecam in bonis mariti confiſcatis non confiſcatur Alberic In tract. ſtatu. lib. 3. q. 6. nu. 1. & 2. Afflict. in cõſt. Regn. de vxori: foraiud. num. 2. quod maximè procedit in crimine læſæ maieſtatis Plot. conſ. 31. num. 50. Burſat. conſ. 61. num. 2. vol. 1. & Alber. ibi d. q. 6. quamuis Caſſan. in conſuetud. Burg. rub. 2. des confiſcatione gl. 1. num. 27. quæ concluſio non ſolum locum habet in dote verè numerata; ſed etiam in dote confeſſata vbi lapſum ſit tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis; vt per Afflict. in conſt. Regn. magiſter iuſtitiarius tit. vt magiſter iuſtitiarius §. cauſas nu. 5. quod tempus opponendi eſt diuerſum ſecũdum diuerſitatem caſuum notatorum per Afflict. in d. conſt. nu. 5. Rolan. à valle conſ. 31. num. 41. vol. 1. Quæ dos licet non confiſcetur, non tamen propter eius hypothecam impeditur confiſcatio illorum bonorum, ita not. ex tex. in l. ſi marito in pri. vbi Alex. nu. 1. ff. ſolut. matrim. Aug. tract. de malef. verſ. & eius bona num. 10. Roma. conſ. 128. Rolan. à valle conſ. 31. nu. 39. vol. 1. Burſat. conſ. 61. nu. 2. vol. 1. verum ſi ex forma alicuius ſtatuti eſſent deuaſtanda bona ſtabilia mariti; vxor impedit illius deuaſtationem ni ſi fiſcus ſatisfiat ei de dote; Ita Alber. ſuper ſtatu. lib. 3. q. 7. nu. 14. idé Bal. & Imol. notant in l. ſi marito in princ. ff. ſolut. matrim. Roma. in leg. 1. §. ſeruus pignoratus nu. 1. ff. ad ſena. conſ. Syll. Idem Aug. in d. verſ. & eius bona nu. 10. verſ. & hoc intellige circa fi. Idem procedit in creditore delinquentis; Alber. tract. ſtatut. lib. 3. q. 7. nu. 2. & q 14. Aug. d. verſ. & eius bona nu. 18.

Quando bona confiſcantur non requiritur aditio, nec agnitio, quia, quando deferentur fiſco alio iure, quam hereditario; vt cum ex delicto confiſcantur; vt in materia noſtra acquiruntur fiſco ſinè aditione Bart. in l. 1. nu. 8. C. de Bon. vacan. lib. 10. & in conſ. 157. nu. 2. & in l. 1. 2. lect. nu. 7. ff. de off. Procur. Cæſar. Cuma. conſ. 32. nu. 2. Boſſ. ſua Praxi tit. de bonor. publ. num. 25. verſ. addo etiam; Quod ampliatur etiam in perſonis nominatis; Ita Bart. in dict. Conſ. 157. num. 3. 4. & 7.

S. E.

Digitized by Google

SECVNDAE PARTIS PRAXIS M. C. VICARIAE

CAVSARVM CRIMINALIVM QVAE AGIT DE DEFENSIONIBVS REORVM.

CAPITIS PRIMI.

SVMMARIVM.

1 *Acta puniuntur scripta, dicta, & consilia.*
2 *Nisi Princeps vel Augusta commiserint.*
3 *Item nisi non iniuriæ faciendæ quis commiserit. exempla ibid.*
4 *Item nisi sine dolo malo commissum fuerit, & quid in poculo amatorio.*
5 *Item nisi per ebrietatem, aut lo sciuiam factum fuerit.*
6 *Item nisi mandato alterius, & ibi exempla, & fallentiæ.*
7 *Item nisi minor dleinquerit, & quomodo puniatur.*
8 *Item nisi Magistratus populi Rom. &c.*
9 *Item nisi reus defunctus sit, & quando reus defunctus possit suspendi.*
10 *Item nisi instantia sit peremptæ.*
11 *Item nisi abolitio criminis interueniat vbi limitationes.*
12 *Restituere quid sit.*
13 *Et an restitutio reo veniat bona publicata.*
14 *Item actiones pro & contra reum.*
15 *Restituto seruo an reuertatur in potestatem domini.*
16 *Vel filiofamilias restituto in potestatem patris.*
17 *Restitutio in militia an debeatur salarium medij temporis.*
18 *Patrono deportato, & restituto admittitur ad successionem liberti.*
19 *Restituto reo an tollatur infamia.*
20 *Absens an & quando possit damnari.*
21 *Absolutus in vno iudicio an & quando possit iterum accusari. Vel punitus iterum puniri, & castigari.*
22 *Testes infames, & periuri, &c. non faciunt plenam fidem.*
23 *Et quid si testis vnum dixit*

exira

Digitized by Google

extra iudicium, & aliud in iudicio,

24 *Vel quid si vnum in iudicio, deinde aliud extra.*

25 *Vel si contrarium deposuit in iudicio, &c.*

26 *Vel si in eadem instantia contrarium deposuerit.*

27 *Testis an & quando possit suũ dictum corrigere.*

28 *Negatiua duplex est.*

29 *Et quomodo probetur directa.*

30 *Et quomodo indirecta.*

ECce iam vidimus omnia ea, quæ generaliter, contra miseros inquisitos statuta fuerunt (& sic semper ad offensam locutus sum) videndum restat pro complemento huius primæ partis, vt de his etiam loquamur, quæ generaliter ad eorum defensionem adinuenta fuerunt, & si non vt in totum excusent saltem ad minuendam pœnam (cùm specialiter de his omnibus dicemus infra.) Qua in re pro faciliori cognitione capescenda, scien-
1 dum est, quòd licet regulariter facta puniantur scripta, dicta, & consilia (prout & aliàs diximus) leg. aut facta, ff. de pæn. tamen pluribus modis hanc regulam limitabis (& sic ad defensionem induci possunt.) Et primo
2 limita, nisi Princeps vel Augusta deliquerit. Princeps enim legibus solutus est Augusta licet legibus soluta non est. Princeps tamen ead. illi priuilegia tribuit, quæ, & ipse habet,
3 leg. Princeps, ff. de legibus. Secundo limita, nisi non iniuriæ faciendæ, sed emendationis causa fecerit, vt in verberibus, quæ impunita sunt à magistratu illata, vel parente, quoniam emendationis, non iniuriæ gratia videntur adhiberi. Puniuntur enim cùm quis per iram ab extraneo pulsatus est, ita dicit text. in leg. aut facta, §. causa, ff. de pæn. text. in leg. vnica, C. de emenda. propinquo. Et dicit domi. Clar. lib. 5. senten. §. pract. quæst. 56. num. 2. quod in facti contingentia fuit absolutus quidam de Bonetis qui proprium filium corrigendo interfecerat. Præceptori autem nimia sæuitia culpæ assignatur, & sic pro culpa tenetur, leg. sed & si, §. fin. cum leg. sequ. ff. ad leg. Aquil. facit text. in leg. item quæritur, §. item Iulianus, ff. locat.
3 Hac etiam ratione permittitur marito leuiter verberare vxorem, & ita communiter tenent omnes, Item limita, nisi quis sine dolo malo, & certo proposito fecerit, leg. qui iniuriæ, in princip. ff. de fur. regulariter enim in pœnis criminalibus nunquam potest quis corporaliter puniri, nisi dolus interueniat. Bart. in leg. 1. §. 2. nu. 1. ff. si quis testa. lib. iuss. Cæpoll. cons. crim. 33. col. 2. verb. quod sic probatur. Nec sufficit lata culpa. In criminalibus enim iudicijs lata culpa non æquiparatur dolo, ita Ias. in leg. in actionibus, num. 23. & 26. ff. de in lit. iur. Blan. in pract. crim. fol. 56. num. 137. Et proinde stante statuto quòd pro homicidio imponitur pœna mortis debet intelligi dummodo sit dolo commissum non autem culpa, Ias. in leg. 1. num. 70. ff. de leg. & in d. leg. in actionibus, num. 26. Viuius lib. commu. opin. fol. 239. verb. statutum disponens, Dec. in dict. leg. in actionibus, num. 20. Cur. Iunior. in leg. fin. nu. 9. ff. quod quisque iur. Alex. in leg. magna negligentia, ff. de verb. sign. Et dicit Bart. in l quid ergo, § pœna grauior, post nu. 11. ff. de his qui not. infa. quod quando delictum est commissum extra propositum, & intentionem delinquentis, quod eo casu iudex potest minuere pœnam, & ita dicunt omnes scrib. Cæpoll. cons. crimin. 36. col fin. ver. & postremo. Quod tamen intel-

Digitized by Google

intellige, nisi quis amatorium, aut abhortionis poculum dederit, quo casu licet dolo non fecerit, tamen quia res mali exempli est humiliores in metallum damnantur, honestiores, &c. vt l. capitalium, §. qui abhortionis ff. de pœna, quod si eo, homo aut mulier perierit summo supplicio afficiatur, vt ibi, te, & vide Const. Regni poculum
5 amatorium, cum seq. Item limita, nisi quis per ebrietatem, aut lasciuiam commiserit, tunc enim capitalis pœna remittenda est l. omne delictum §. per vinum ff. de re militari l. vnica, ibi ac æmulantia C. si quis Imper. malè dixe. l. respiciendum §. delinquunt ff. de pœn. c. inebriauerunt 15. q. 1. & c. sanè. Debet tamen arbitrariè puniri, nisi sine culpa sua fuisset ebrius, vt puta quia socij ipso inscio sal in vinum
6 iecissent, ita Placza lib. 1. delict. c. 30. num. 1. Item limita, nisi mandato alterius cui parere necesse fuit fecerit. Is enim damnum dat qui iubet dare, eius vero nulla culpa est, cui parere necesse fuit l. is damnum dat ff. de reg. iur. facit text. in l. liberorum §. excusatur ff. de his qui not. infam. text. in l. ad ea quæ ff. de reg. iur. Qui enim iussu iudicis facit non videtur dolo malo facere l. non videntur, ff. de reg. iur. & dicit Catal. de syndi. quod in facti contingentia fuit excusatus quidam Carnifex qui de mandato prætoris quendam iniustè decapitauit. Mandatum enim superioris excusat, & pone etiam exemplum in operarijs & fabris, qui excusantur de eo quod in re alterius operantur ex mandato conducentis, secundum gloss. in l. in rem §. tignum in glos. fin. ff. de rei vendic. Boss. in tit. de mandat. ad homicid. nu. 12. Roland cons. 54. num. 6. lib. 1. vbi in facti contingentia consuluit, pro operarijs criminaliter accusatis, & vide aliud consilium eiusdem Rol. 8
144 & 113. eodem vol. Nisi tamen intelligas facta fuisset denunciatio siue protestatio, vt ab ipso opere desistant Dec. in l. velle non creditur, post nu. 3. ff. de reg. iur. Item intelligas, nisi de nocte accessissent ad laborandum, vel actum clandestinum fecissent, Gomez in §. ex maleficijs nu. 11. Insti. de actio. Porrò sciendum est, quòd si atrox crimen sit, non admittitur excusatio, ita text. in l. seruus ff. de actio. & obliga. debet tamen mitius puniri delinquens Grammat. vot. 38. vbi refert fuisse damnatum ad triremes quédam famulum qui de mandato cuiusdam domini viri potentis opere & sermone apposuit quidam comitisse fragmenta lapidis adamantini. Cæterum si patri, vel domino iubenti fuit licitum, puta adulterum occidere, tunc filius, vel seruus ipsis mandantibus, quamuis in atroci crimine excusantur text. in l quarta §. idemq. filijs C.
7 ad legem iuliam de adul. Item limita, nisi minor sit annis qui deliquit, in omnibus enim fere pœnalibus iudicijs, & ætati & imprudentiæ succurritur dicit text. in l. fere ff. de reg. iur. concordat text. in l. aut facta §. persona ff. de pœn. text. in l. infans ff. ad legem cornel. de sicarijs. Et hoc nisi minor ætate doli sit capax, impunitus enim delicti propter ætatem non datur si modo in ea quis sit, in quam crimen quod intenditur cadere potest dicit text. in l. impunitas C. de pœnis, & propeneres pupillum, qui proximus pubertati est, capacem esse & furandi & iniuriæ faciendæ l. pupillum ff. de reg. iur. l. impuberem ff. de furtis. Bene tamen verum est, quod in omnem casum nunquam debet minor pœna capitali affici pro quocunque graui delicto, sed eius pœna debet esse citra mortem, vel membri mutilationem, quamuis maior sit annorum quatuordecim l. auxilium §. in delictis, ff. de minoribus. Item limita, nisi magistratus Populi Romani, Legatus, Præses, vel is qui rei publicæ causa,

ab

Digitized by Google

ab est, deliquerit. Hos enim accusare non licet, l. hos accusare, ff. de accusa. sed differtur, l. si adulterium cum incestu. §. si quis, ff. ad leg. Iul. de adult. Nisi tamen euitandi criminis causa, absens id fecerit, l. si maritus, §. leges Iuliæ, ff. eod. Item limita, nisi reus defunctus sit. Defuncto enim eo, qui reus fuit criminis & pœna extincta est, dicit tex. in leg. defuncto, ff. de publ. iudic. concor. leg. 3. eod. tit leg. 2. leg. 4. Cod. si reus vel accusator. Nisi tamen læsæ maiestatis crimen sit commissum, leg. meminisse, leg. post diui, Cod. ad leg. Iul. maiest. concor. tex. in leg fin. ff. eod. tunc enim morte non liberatur, nisi in casibus notat. in dict. leg. Vel nisi & aliys eiusdem criminis rei sint, tunc enim morte vnius non extinguitur delictum, leg. 3. Cod. si reus vel accus. Item nisi sententia viuo reo sit lata, tunc enim quamuis appellatione pendente mortuus sit reus, nihilominus iudicium propter id quod interest fisci vel alterius, durat. leg. 1. Cod. si pend. appella. quòd declarat prout dixit text. in leg. 3. Cod. si pend. appell. cui concor. text. in leg. vnica, ff. eod. & in leg. Lucius Titius, ff. de iure fisc. text. in leg. fin. Cod. si reus vel accus. Concludas igitur quod regulariter defuncto reo de crimine confesso vel conuicto vel etiam condemnato non potest eius cadauer suspendi, & assessores qui id faciunt tenentur iniuriarum, & est pessima practica, vt dicit Paris de Synd. fol. 315. num. 1. hanc esse communem opinionem, refert Cur. Iunio. in leg. Imperium, num 35. ff. de iurisdict. om. iudic. sequitur Boss. in tit. de accusa. num. 33. Nisi in casibus supradictis, & infamosis latronibus, & ita vidi seruari in Regno in quodam Ioan. Anello della Conocchia cuius cadauer venit in posse curiæ & fuit per ciuitatem Neapolis prorapeatum & cõbustum, & ita etiam in famosis latronibus seruari refert Imol. in dict. leg. defuncto, num. 1. & in leg. 1. §. quoties, ff. de iniur. Angel de malefic. in verb. Qui iudex videns, num. 43. faciunt dicta per Boss. in tit. de execu. sentent. num. 18. Item limita, nisi iudicium cæptum intra tempus statuti non sit finitum tunc enim reus est absoluendus, leg. 3. Cod. vt intra cert. temp. leg. si ea quæ, Cod. qui accus. le. cum Titia, ff. de accusa. Debent enim intra biennium causæ criminales finiri, ita dicit text. in dict. leg. 3. & in leg. 2. Cod. eod. tit. text. in leg. preparandum, Cod. de iudic. vbi etiam iudices puniuntur, & dicit Salic. in leg. qui de crimine post num. 8. Cod. de accusa quem refert, Capic. decis. 206. num. 6. quod accusator post peremptam instantiam non est vlterius audiendus. Contrarium tamen ex generali consuetudine seruatur, si quidem etiam perempta instantia potest iudex prosequi processum, & ita practica seruat, dicit Boss. in tit. de inquisi. num. 82. Item limita, nisi abolitio criminis interueniat. Eximitur enim reus publica abolitione interueniente, leg. si interueniente, ff. ad Senatusconsultu. Turp. leg. 2 §. ni forte, Cod. vt intra cert. temp. quæst. terminetur etiam si sententia in rem iudicatam transiuerit, & ita firmant omnes indifferenter Paris cons. 1. nu. 59. lib. 4. quæ aut publice fit ob diem insignem, aut ob pusilicam gratulationem, vel ob rem prospere gestam, aut priuatim actore postulante, leg. abolitio, cum duabus, l. seq. ff. ad Senatusc. Turp. Et ita ob publicam gratulationem nostris temporibus fuit factum indultum generale tempore interceptionis Turcarum classis sub die 7. Octobris 1571. in quo die in hac ciuitate Neap, celebratur festum S. Mariæ de Victoriæ. Eximitur cito reus: Nisi crimen læsæ Maiestatis, patriæ expugnandæ, peculatus, vel simile

iudi-

Digitized by Google

iudicium sit deductum, hinc enim abolitio non competit, leg. 3. §. fi. C. de abolit leg. 3. C. de episcop. audien. leg. Lucius Titius, ff. ad Senatusc. Tur. nisi priuati à Principe fuerit obtenta. Secundo eximitur reus, nisi accusator pecunijs à reo corruptus, vel per deceptionem abolitionem petijt, leg. 2. §. fin autem, C. de abolit. Item nisi falsam causam allegando abolitionem impetrauit accusator veluti dicendo causam esse pecuniariam cum esset criminalis leg. vlt. §. fin ad Senatusconsl. Turp. Et proinde tu qui vis impetrare gratiam à Principe debes aduertere vt in memoriali siue supplicatione exprimas non solum veritatem delicti, sed etiam omnia ea quæ possent extrahere animarum Principis à gratiæ concessione, si ea sciuisset, ne ponas te in periculo prout fecit ille quem defendit Crauet. conf. 2. & præcise si alias habuisti gratiam de aliquo delicto, nam vt dicit Barbat. in cap. super his, col. 34. de rescript. quod quidam qui impetrauerat gratiam de secundo homicidio non facta mentione de priuo, fuit Bononiæ decapitatus. Idem refert Iaſ. in leg. nec damnosa num 3. Cod. de preci. Imper. offer. relatus per dom. Clar. in dict. §. practica q. 59. num. 9 vbi etiam subdit se recordari, quod quidam insignis siccarius, qui obtinuerat gratiam à Principe, nec expresserat quod tempore impetrationis reperiebatur carceratus, fuit laqueo suspensus per senatum illius loci. Item limita nisi falliciter & calumnioſe accusatio sit instituta, leg. 3. in princ. C. de abolit. leg. 9. C. de calum. Item limita, nisi inuito aduersario abolitionem petierit accusator, leg. Imperatores, in princ. ff. ad Senatusc. Turp. tunc enim non eximitur abolitione, nisi reus nullam iniuriam corporalem passus sit, leg. 3. C. de abolit. tũc enim etiam inuito reo dari permittitur, nisi non intra triginta dies, postquam reus custodiæ traditus est, sed post triginta, abolitio sit petita. Item limita, nisi testes qui torti sunt abolitioni non consentiant, d. leg. 3. § quod si ingenuorum. Item limita, nisi seruus reus sit, vt in leg. Domitianus, ff. ad Senatusc. Turp. Vel nisi non omnium criminum, vel omnium reorum abolitio petita fit, leg. 1. §. si plura, ff. eod. leg. 39. §. duos, ff. ad leg. Iul. de adult. vel nisi causa non cognita abolitio sit indulta, leg. 2. Cod. de abolit. vel nisi absente aduersario abolitio sit petita, vt dict. leg 2. Vel nisi non pro tribunali, sed de plano importata sit abolitio, leg. 1. §. abolitio, ff. ad Senatusc. Turp. Vel à non competente iudice, dict leg. 2. Cod. de abolitio. Vltimo eximitur reus, nisi partis remissio obtenta non esset. In dubio enim non censetur Princeps iuri priuatorum præiudicare, & ita in facti contingentia consuluit Ruin. consil. 60. libr. 5. Imo in Regno nostro non potest concedi gratia, nisi prius habita partium remissione, Gram super const. Reg. fol. 153. de concordia partis, post num. 4. vbi etiam refert fuisse reuocatam quandam compositionem factam parte non concordata, & dicit idem Gram. vot. 3. num. 8. in fin quod gratiæ concessæ sine partium remissione, in Regno non approbantur, vbi etiam refert quendam fuisse vltimo supplicio affectum, qui se composuerat pro quibusdam homicidijs, pro quibus non habeat partium remissiones. Sed iuxta hoc quero (tu scis quod 12 restituere est honoribus, ordini, & omnibus cæteris restituere, l. 1. & leg. 13. §. fi. C. de senten. pass. si specialiter ad honorem & ordinem fuerit restitutus, à Principe, l. filij libertorum, §. 13 senator, ff. ad muncip. an si Princeps dixerit alicui facio tibi gratiam de delicto nunquid dicatur ille plene restitutus, ita quod recuperet etiam bona publicata? dicit Bart. in l. fin. nu.

Digitized by Google

11.C.de senten.pass.quod sic cuius opinionem dicit esse communem Boss. in tit.de remed.ex sola cleme Principis,num 1. & seq. Tu autem dicat aut specialiter restitutus est reus ad bona publicata, & tũc procedit communis opinio,l.4.C.de bon.proscr.& d.l.13. §. fin. Aut non est specialiter restitutus ad bona,& non restituitur,l.2.C. de sent.pass.& d.l.4.C.de bon.proscr.

14 Parique modo restituto reo actiones quæ ei competebant ante damnationem non restituuntur,leg.si ademptis C.de senten. pass. nisi & bona ei fuerint restituta. Princeps enim bona concedendo videtur etiam obligationes concedere,l.Princeps, ff. de verb. signific.l.casus,C.de senten. pass. Sed quid econtra, an actiones quæ aduersus restitutum competebant ante damnationem, competant ipso restituto? quod non,l.2.& 3.ff.de sent. pass. l.4. C. eod. & hoc quamuis restitutus locupletior sit factus,l 4.C. eod. Nisi in bona quoque fuerit restitutus, dictis iuribus,quibus concord.d.l.3.in fi.& l.si deportationis,C.eod.tunc enim tenetur, quamuis restitutus bona relinquere malit,quam creditoribus teneri,l.2 in fin.ff.de sent. pass. Plane si non omnia bona recuperauerit, sed aliqua ex ijs pro rata tenetur credi-

15 toribus,l.3.C.eod.tit,Seruo autem restituto, ipsum in potestatem domini reuerti clarum est,leg.1. § fin.ff.de quæst.l.in seruorum,ff.de pæn. Solent enim serui cæsi in potestatem domini reuerti,dicit tex.in leg.capitalium,§. serui,& in l.seruo,ff.eod.nisi tamen seruus in metallum damnatus sit, & ita seruus pœnæ effectus, tunc enim restitutus ad dominum non reuertitur,leg aut damnum,§.fin.ff de pæn.l.

16 frustra, C. de senten. pass. Similique modo filiofamilias restituto, non recidit in patriam potestatem,leg.in insulam,C.de senten.pass.Et e contra patre damnato,& restituto patriam potestatem nõ recipit nisi specialiter ei sit concessio, leg. si pater vester,C. eod. Vel nisi patri specialiter bona fuerint restituta,tunc & patriam potestatem recuperat,l.in quæstione,C. eod.

17 Ius autem patronatus sententia non extinguitur, & ideo ad successionem liberti,patronus deportatus, & restitutus admittitur, leg. 1. ff. de senten.

18 Infamiam vero per restitutionem non tolli voluit text.in leg. vltim. C. de general.abolit.leg.generalis, C.de sent pass quod est contra tex.leg.1 §. pro qua sententia, ff de postulan. vbi

19 Pomponius putat hunc infamia eximi.vltimo restitutus in militiam medij temporis stipendia non accipit, l. ex causa,ff.de re milit.leg.5.C.eodem nisi constiterit desertorem non feciſſe

20 leg.ex causa,ff.eod.Præterea limita regulam nostram, nisi reus absens sit absentia enim in criminibus damnari non debere, Diuus Traianus Iulio Frontoni rescripsit in leg.absentem ff.de pæn.concor. text. in leg. 1. in prin.ff.de requi.reis,& in l.absentem, C. de accus.in leg inter accusatorem, & in leg.accusatore,§.fin. ff. de publ. iud.in l si quondam,C.de adul.& hoc nisi reus contumax sit, tunc enim aduersus absentem pronunciari potest, l.absentem,§.aduersus,ff.de pæn. Nisi tamen capitis pœna absenti irroganda sit,d.§.aduersus,& ita est communis opinio,Bal.in d l.absentem,Salic. ibid.nu.14.Boss.in tit.de requir.reis, post nu. 1. Item nisi in eos qui spadones fecerint sententia ferenda sit, nã hi etiam absentes ex lege Cornelia damnari possunt,l.4.§ idem diuus,ibi & qui hoc crimine,ff. ad leg. Cornel. de siccar. Item nisi in apparitores per fidos sentẽtia sit ferenda, hi enim absentes quoque damnari possunt,le. nedui,C.de pæn. Item nisi post litem cõtestatam se absentauerit reus, exemplo,adulteram,C.ad leg.Iul.de adult. Item nisi accusator absens per contu-

maciam

Digitized by Google

cumaciam damnandus sit in hũc enim grauius constitui potest, d. §. aduersus. Hodie tamen ex generali consuetudine totius Italiæ proculdubio in quantamcumque graui crimine proceditur contra absentes & habentur pro confessis ex contumacia, & condemnantur etiam ad mortem, vt dicit Gandin. de malefic. in Rub. quid sit agendum reo absente, num. 3. Alber. in I. seruum quoque. § publicè, in fi. nu. 23. ff. de procur & in leg. penul. §. ad crimen, num. 23. ff. de publ. iud. Vital. de malefic. in Rub. de compar. accusati, num. 70. & hoc non modo de iure ciuili, sed etiam de iure Canonico obseruatur, nam si certus est contumax excommunicatur, Foller. pract. crimi. Canonic. fol. 148. num. 12. in fi. & si per annum in excommunicatione perseuerauerit habetur pro confesso, & conuicto de crimine de quo imputatur, & est communis conclusio, vt dicit Ripa. in cap. 1. num. 77. de iud.

21 Item limita, nisi alias de eodem delicto quis fuerit absolutus. De his enim criminibus quibus quis liberatus est, non debet præsesi pati eundem ire rum accusari, & ita diuus Pius Saluio Valenti rescripsit in leg. si cui crimen §. ijdem, ff. de accusa. concor de his, eod. tit. & ita dicunt communiter omnes Doctor teste Angel. de malefic. in verb. & ad querelam, num. 90. Nisi tamen absente accusatore & causa nondum cognita reus in priore iudicio fuerit absolutus. Item nisi prior accusator præuaricatione fuerit conuictus & reus per corruptelam accusationis fuerit absolutus, leg. 3 §. si potest ea quam, ff. de lib. hom. exhiben. leg. 1. C. de aduoc. diuer. iud. leg. 3. in princip. ff. de præuarica leg. 11. C. de accus. & hoc quamuis reus mortuus sit, leg. 29 § plane, & ff. de iure fisc. Item nisi laicus absolutus fuerit ab ecclesiastico iudice de delicto de quo potest ab vtroque puniri, tunc enim potest iterũ coram iudice laico accusari & puniri ita dicit Couar. lib. 2. resolut cap. 10. num. 6, & dicit Bald. cons. 260. lib. 3. quod ita consuluit in facti contingentia contra quendam imputatum quod cognouerat quandam monialem, qui fuerat ab Episcopo absolutus. Item intellige nisi is qui postea accusare volet suam iniuriam persequatur doceatque se ignorasse accusationem ab alio institutam fuisse, d. §. ijsdem & ita tenetur glos. vnica, in dict. cap. de his, de quo statur iuramento ipsius accusare volentis, vt dicit glo. in d. §. ijsdem. in verb. Doceatque. Item intellige nisi antea ciuiliter, & non criminaliter fit actũ, l. vnica. C. quãd. ciuil. act. crim. præiudicet (cui contradicere videtur tex. in leg. 4. ff. de pub. iud.) tunc enim adhuc criminaliter agi posset, nisi tamen reus in iudicio ciuili absolutus fuerit, ex eo quia crimen non commisit, quia non potest amplius accusari, & ita econtra. Cyn. in d. l. vnica, in 3. q. Boss. in tit de sent. nu. 77. secus autem si fuerit absolutus ex eo quia crimen probatum non fuisset quod in dubio præsumitur, & ita communiter tenetur, Aug. & Ang. in d. ver. Et ad querelam, post nu. 88. ver. an autem, vbi etiam Hieron. in Apostill. Item intellige, nisi alia lege postea agatur quã qua actum est prius, l. senatus, ff. de accusa. l. sanctio legũ, ff. de pæn. Vel nisi ex alio crimine ex eodem facto orto, nunc accusetur quã antea, l. 9. §. si tamen, C. de accus. Item intellige nisi in primo iudicio fuerit absolutus virtute transactionis & remissionis factę per accusatorem, quia tunc posset alius tertius cui competit ius accusandi, delinquentem ipsum de eodem crimine accusare tali remissione non obstante, & est communis opinio Felin. in d. c. de his, nu. 3. Marant. in suo Specu. fol. 81. num 61. Couar. lib 2. resolut. cap. 10. post num. 5. ver. nono idem Cur. Iun. in l. trãsige re,

Digitized by Google

re, nu. 34. C. de transac. Item intellige, nisi is qui pro delicto fuit condemnatus & à iudice loci delicti, & originis in contumaciam, habuerit gratiã à iudice loci delicti, tunc enim illa non releuat quin puniri possit à iudice loci originis, & ita fuisse iudicatum per senatum illius loci refert domi. Clar. in dict. §. pract. quæst. 57. nu. 9. in fi. Quid autem si quis fuerit punitus à iudice loci delicti, nunquid poterit puniri à iudice loci originis. Respon. quod sic, si sint iudices competentes, condemnatio enim facta ab vno & exactio pœnæ, non tollit accusationem & punitionem coram alio, & ita de consuetudine obseruatur, Aret. in dict. cap. de his, num. 20. & in specie in Italia ita obseruari, dicit Iacob. de Beluis. cons. 9. circa fin. inter cons. crim. diuers. lib. 1. licet de iure sit quòd si fuerit punitus ea pœna quã requirebat qualitas delicti, quod debet amplius molestari, prout in facti contingentia consuluit Bald. consil. 31. lib. 4. Paul. de Castr. consil. 118. lib. 1. & vide eundem Paulum consil. 148. eodem libr. vbi consuluit quod quidam qui fecerat compositionem cum Vicario Episcopi pro adulterio, poterat contra eum de nouo inquiri & accusari, non obstante compositione. Item limita, nisi testes fuerint infames per iuri, vel sine iuramento deposuerint vel essent varij, vt supra diximus, vel singulares, quia non sufficiunt ad plenam probationem præsertim in causis criminalibus in quibus requiruntur probationes luce meridiana clariores, leg. sciant cuncti, C. de proba. leg. 5. §. 1. ff. de pœn. leg. qui sententiam. Cod. eod. Boss. in tit. de conuic. num 8. & ita tenere omnes scribentes affirmat Marsi. consil. 1. nu. 25. & hoc amplia quamuis Episcopus statueret quod crimen vsurarum probari possit per testes singulares, & ita consuluit Federic. de sent. consil. 17. quem communiter Doctor. sequuntur Foller. pract. crimin. canonic. fol. 229. num. 17. quam opinionem dicit esse communem Abb. in cap. cum in diœcesi, circa fin. de vsur. Couar. lib. 3. resolut. cap. 3. post num. 5. Non enim singularis testis facit plenam probationem. Nisi Pontifex sit cuius assertioni est standum Aret. in cap. cum à nobis, nu. 7. de testib. Aut Princeps, quia illi soli creditur de eo quòd ipse vidit argum. clem. literis, de probat. Item limita, nisi testis à seipso de falso conuincatur (vel ab alijs vt supra diximus in materia repulsæ) quòd multis accidit modis. Nam aliquando testis vnum dixit extra iudicium & aliud in iudicio & in hoc casu licet debilitetur fides huius testis, prout ita omnes Doctores fatentur, Aret. consil. 71 col. 2. num. 1. in fin. relatus per Boss. in tit. de oppos. contra testes, & potest torqueri & ita practicatur, idem Boss. in tit. de tortur. testim. num. 21. in fin. & ita tenent communiter omnes Alex. consil. 63. circa fin. lib. 1. facit text. in leg ex libero, ff. de quæstio. tamen standum est secundæ depositioni factæ in iudicio Angel. de malefic. in verb. falsario, numero 23. Angel. de vbal. inter consil. criminal. diuers. consil. 73. num. 1. lib. 2. Couar. lib. 2. resolut. cap. 13. num. 7. Boss. in tit. de oppos. contra text num. 2. Nisi tamen testis illud dictum extra iudicium dixisset cum iuramento, tunc enim tanquam falsarius esset puniendus, & standum esset ius primo dicto, & hanc esse communem opinio Doctor. refert, Camerar. in consil. suo matrimonial. post consil. Zabarell. num. 5. & ita in practica obseruatur Boss. in tit. de oppos. contra testes, numer. 3 in fin. Aliquãdo vnum dixit in iudicio, & aliud extra illud dictum reuocando, & in hoc non est dubium qui standum sit primo dicto iudiciali, licet illud reuocauerit extra iudicium, & est communiter

Digitized by Google

malis opinio, Gratus consil. 59. num. 26. libr. secundo, etiam sit testis talem reuocationem fecerit in articulo mortis, & ita videtur tenere Bart. in leg. si quis in graui, §. si quis moriens, in fine, ff. ad Syllan. qui in hoc communiter approbatur Alexan. in l. sciendum num. 33, in fin. ff. de verbo. oblig. Cur. Iunio. in l. r. numer. 36. ff. si cer. peta.

25 Aliquando testis deponit cõtrarium eius in iudicio, quod deposuerat in alio iudicio, & tunc cum vtrumque dictum sit iuratum, potest vt falsarius puniri, & est communis opi idem Cam. in d. consil. matrimonial. nume. 3. sequitur Boss. in d. tit. de oppos. con-

26 tra testes, num. 5. Aliquando testis in eadem instantia & inter easdem personas contraria testimonia deposuit, & tunc si testis contrariatur in ead. sua depositione sine iusta correctionis causa, & tunc illi prorsus non creditur, & hoc omnes fateur, Couar. in d. c. 13. lib. 2. resolut. post nu. 8. ver. Cæterum si testis. Aut vero testis contraria deposuit in diuersis examinibus, & tunc aut secundo loco deponẽs contrarium non dixerit in specie se errasse in prima depositione, & eo casu si secundum dictum compatiatur cum primo, debet ad concordiam reduci quantum fieri potest, ita dicit Imol. in l. qui bona, §. si quis stipulatus, verb. nota ex tex. ff. de dam. infec.

27 Aut ipsemet testis vult suum dictum incontinenti corrigere, & est admittendus, cap. præterea, de testib. cogen. & antequem partem alloquatur, & ita communiter seruatur, Capic. consil. 41. num. 9. secus autem si ex interuallo, tunc enim non auditur, & in hoc omnes conueniunt. id. Couar. in dic. 13. post num. 8. ver. cæterum, ibi tertium est, & standum est eius primæ depositioni. Vltimo limita, nisi reus

28 probaret delictum à se non fuisse cõmissum, quod duobus modis probari potest, directe scilicet, & indirecte. Directe quando reus vult ostendere, quod eo tempore & loco, quo dicunt testes eum commisisse delictum, illud non fecit. Indirectè quando reus vult probare testium falsitatem, qui contra se deposuerat per absentiam suam à loco commissi delicti, tunc temporis quo deponunt testes eum vidisse, ita declarat Boss. in tit. de defensio. reor. num. 13. scias autem quod quando reus vult probare directam negatiuam, & se delictum non commisisse, cum sit improbilis ista negatiua secũdum omnes, vt dicit igneus in repet. §. non alias, num. 77. ff. ad Sylla. tamen si coarctetur loco & tempore, tunc bene probat, vt affirmatiua. In quo casu testes debent remouere actum à sensu & non sensum ab actu. Debent enim dicere isti testes, qui ad defensam deponunt quòd illa die & hora qua delictum ipsum in tali loco a tali commissum fuisse dicitur, ab eo fuit commissum, & debent rationem reddere, quia ibi, fuerunt præsentes, & non potuisset committi quin ipsi non vidissent, & ideo non sufficeret dicere quod ipsi non viderunt, tunc enim non remouerent actum à sensu, sed sensum ab actu & sic non concluderent, ex quo ipsis in animadnertentibus potuisset committi delictum, idem Boss. quo supra, quam rationem reddere debent testes etiam non interrogati, & ita dixit glo. in §. si vero absunt, in verb. Et vidisse, in auth. de hæredib. & falcid. & ita dicit Felin. in cap. in nostra, nume. 8. in fin. quod opinio illius glos. obtineretur in practica, quia est communis, quod dictum, refert se audiuisse ab Aret. in voce ita dicendo, quam opinionem dicit esse veram & receptam sententiam, Simancas de hæretic. cap. 26. nume. 4. & hanc esse veram rationem testis negatiuam deponentis refert Dec. in cap. tertio loco, de probat. & in leg. 2. C. de bonor. possess. sequitur

Digitized by Google

Alex. in leg. 1. ff. si quis ius dicen. non obtempe. Secundo vero casu quando reus vult probare negatiuam indirecte & sic redarguere testes de falso, & probare quod tali die non fuit in eo loco vbi per ipsum eo die delictum fuisse commissum, conuincitur per testes Fisci, debet probare, quod continue per totum illud tempus, de quo deposuerunt testes, ipse fuit in alio loco, ita Io. Andr. & cæteri scrib. in cap. ex tenore, de testi. facit tex. & ibi glos. in § item verborum, iusti de inuti. stipul aliquin negatiua non concluderet vt de se patet, nisi tantum locus distaret, vt impossibile esset quod reus ibi fuisset, tuuc enim satis esset si testes dicerent quòd tali die in eo loco reperiebatur, & ita declarat Alberic. in leg. optimam, Cod. de contrahen. stipula. Et sic nota modum probandi negatiuam Speciales vero defensiones in qualibet delicto dicam infra.

ADDITIO FRANCISCI Ristaldi I. V. D.

DVo voló vt scias in materia defensionis. Primum quo absoluto reo in iudicio criminali potest pars instare & ab eo peti, sibi præstari cautionem de non offendendo alias ipsum non liberari, & iudicis est illum cogere ad eam præstandum, iuxta tex. leg. illicitas, § ne potentiores, ff de offic. præsid. & est receptissima omnium traditio, vt dicit Placza. lib. 1. delict. cap. 7. num. 1. & hoc quamuis pars quæ petit sibi caueri fuerit causa inimicitiæ, ita Bart. in leg qui bona fide, § si quis iuxta num. 1. ff. de dam. infec. & est communis opinio, dicit Rip. in Rub. de iudic. post nu. 14. ver. Præmissa etiam. Secundum est quod secuta dicta absolutione potest cuspos carceris illum retinere in carceribus pro expensis in carceribus factis, & ita de consuetudine seruare refert Guid. Pap. decis. 448 quem refert Chassan. super consuet. Burgund. fol. 90. nu. 34.

ADDITIO ASCANII Tholomei V. I. D.

SI delinquens capitur cum indultu, quando postea indultus mediante decreto reuocatur clarum est quod carceratus reponi debet in pristinam, libertatem iusta notata per Doct. in l. præsenti C. de his qui ad ecclef. conf. sed in causa Marci Antonij de Falconibus inquisiti & contumacis de homicidio qui fuit captus cum nominatione tantum, absque indulto cum esset decretum quod non gauderet, Regius Fiscus prætendebat ipsum non esse reponendum in pristinam libertatem, ex quo fuit captus cum simplici nominatione & per hoc fuit captus vti contumax & delinquens, & cum per mag cur. fuisset prouisum quod non reponeretur in libertatem interposita appellatione ad Sacrum Reg. consil. Referente domino Salernitano determinatum est reponendum esse pristinæ libertati; Nam paria sunt captum esse cum indultu vel intuitu indultus prout fuit carceratus prædictus, qui habeat nominationem & expectabat indultum Aiber. in dict. leg. præsenti. Præterea per bannum Regium conceditur potestas faciendi nominationem pro seruitio facto & quod nominatus possit gaudere, & sic Princeps mediante banno facit indultum si postea ex aliqua causa declaratur non posse gaudere non per hoc non debet reponi in pristinam libertatem, Nam alias veniret deceptus verbis banni contra testum in leg. 1. de his qui ven. eta. impetr. vbi vide Paul. Castr. & Bal. in consil. 446. prædictus

Digitized by Google

dictus inquisitus adimpleuit ex parte sua postquam nomine ipsius fuit præsentatum caput delinquentis, si non reponeretur in pristinam libertatem non obseruarentur ei promissa in Regio banno vbi dicitur quod obseruabuntur contenta in eo sub verbo, & fide Regis. Præterea Princeps facit indultum & gratiam & non iudex textus est in leg. relegati, ff. de pæn. Salicet. in leg. cum indulgentia, C. de sent. pass. iudex solum declarat illud quod continetur in banno, & facit iustitiam pro vt dicit Bossius in titu. de remed. ex sola clem. Princ. Præterea securitas data per Principem debet seruari etiam si verba possent vario modo interpretari pro vt inquit Bal. consil. 400.

Præterea Andreas de la Rocca fuit inquisitus, & carceratus pro non nullis delictis, & præsertim pro sacrilegio quodam intus ecclesiam quo casu non potest gaudere indultu, cum sit crimen exceptuatum per bannum Regium & ita fuit decretum quod non gauderet & cum instetisset se esse reponendum in pristinam libertatem pars aduersa, & Regius Fiscus dicebant quod lex erat scilicet Regium bannum, per quod delictum prædictum exceptuatur & tunc est quis reponendus pristinæ libertati quando dubium est, posse vel non posse gaudere, nihilominus tam per mag. cur. Vicar. quam per Sacr. Reg. consil. referente Domino de Haro fuit determinatum contrarium per l. primam de his qui ven. eta impetr. & per doctrinam Bosij in tit. de remed. ex sola clem. Princip. num. 41. vbi ponit factum de eo qui fuit captus cum gratia absque remissione partis, quo casu gratia non valet, & erat certum non valere cum sit monstruosum facere gratiam sine remissione, & propterea talis gratia non fuit approbata à Senatu Mediolanensi, & nihilominus dicit quod fuit repositus in pristinam libertatem pro vt inquisitus delinquens dum poni in libertate debet ita poni per sit difficilis eius persecutio prædictus & nota quod cum delinquens ponitur in libertatem debet ita poni quod sit difficilis eius persecutio Bar. in l. 1. §. 1 ff. de acquirer. dom. Felin. in c. innouamus extra de treg. & pa.

Vltimo quæro stante statuto quod condemnatus de falso non valeat exercere aliquod officium de quibus falsitatibus dictum statutum intelligatur adest circa hoc solemne consilium Pau. Castr. 45. inter consilia diuersorum vbi dicit quod statutum debet intelligi de falsitatibus descendentibus ex leg. Corn. de falsi. & non de alijs falsitatibus allegat Bart. etiam hoc determinantem in leg. quid sit falsum in fin. de falsi.

DE DEFENSIONIBVS Reorum.

CAPVT II.

SVMMARIVM.

1 *A Pœna homicidij qui excusentur, vsque ad nu.* 22.

DIximus in genere videamus in specie. Et in primis qui excusentur è pœna ordinaria homicidij. Quæ quidem materia malo nostro fato frequens est, & quotidie homines trucidantur etiam in leuissimis causis. Pro cuius vera cognitione, more solito facias regulam quod scilicet regulariter hodie homicida puniri debent pœna mortis naturalis, vt dixi infra in secunda parte. Et ita est communis opinio, teste Boss. in

Digitized by Google

tit. de homicid. num. 109. & tam nobilis quam ignobilis, & ita recepit practica, dicit Bolenc. in repet. leg. capitalium, §. famosos, num. 64. ff. de pæn. Quamuis qui maleficum occiderit, leg. fin. Cod. de malefic. Vel seruum vel alium infimæ conditionis, leg. 1. § & qui hominem, ff. ad leg. Cornel. de siccar. Item quamuis dominus seruum suum occiderit, leg. vnic. Cod. de emend. seruor. concor. § in potestate, Instit. de his qui sunt sui vel alien. iur. Vel quamuis minor vigintiquinque annis occiderit, leg. si quis, Cod. ad legem Corn. de siccar. dummodo sit doli capax, vt text. in leg. pupillum, ff. de reg. iur. & est omnium receptissima sententia, vt dicit Placza lib. 1. delict. cap. 32. num. 6. & ita refert Augu. ad Ang. de malefic. in verb. scienter & dolose, post num. 6. Nunquam tamen pupillus debet pæna capitali affici, pro quocunque graui delicto, sed eius pæna debet esse citra mortem vel membri mutilationem delicta enim minorum in regno, arbitrio iudicis sunt puniendæ, vt in prag. 1. de minor. Item quamuis quis infantem occiderit, le. si quis necandi, Cod. ad leg. Cornel. de siccar. Vel quamuis decurio sit qui occiderit, leg. diuus Pius, ff. de pæn. Item quamuis statuto caueatur vel consuetudine, quod alia pæna puniatur, puta pecuniaria. Non enim valet hoc statutum, & est communis opin. vt dicit Anan. in cap. fin. num. 1. de delict. puer. Dec. in cap. 2. num. 2. de const. Couar. lib. 2. resolut. cap. 9. num. 2. Quicquid dixerit Alberic. non obstante 2. par. statuit quæst. 122. relatus per Augu. ad Angel. de malefic. in verb. ex interuallo, post num. 7. vbi dixit quod totus mundus seruat contrarium & fuit opinio Bart. in leg. 1. post num. 10. versic. vlterius quæro, ff. de publ. iudic. quam opinionem secutus fuit Carer. pract. fol. 515. num. 12. Quam quidem pœnam, pluribus modis limita nō procedere. Et primo nisi causale homicidium fit commissum, dicitur autem causale homicidium cum quis alium occidit sine culpa, aliud facere cogitans, & potest poni exemplum in eo qui cum luderet adiacendum palum in loco solito, hominem interfecit vt in casu in quo consuluit Socci. cons. 16. lib. 1. Tunc enim & actio legis Aquiliæ cessat, § itaque si quis, Instit. de leg. Aquil. & in nihilo tenetur nisi data opera in transeuntem sit iaculatus, vt dicemus infra cap. proximo, de legis Aquil. actione. Secundo limita, nisi non dolo & neque animo occidendi homicidium quis commiserit; hic enim absolui posse diuus Hadrianus rescripsit in leg. 1. §. diuus, ff. de siccar. facit text. in leg. 1. C. eod. enim qui asseuerat homicidinm se non voluntate, sed casu fortuito fecisse, cum calcis ictu, mortis occasio præbita videatur, si hoc ita est nec super hoc ambigi poterit, omni metu ac suspicione quam ex admissæ rei discrimine sustinet, volumus liberari, dicit text. in leg. cum qui, C eod. Signorol. consil. 63. in lege enim Cornelia, dolus pro facto accipitur neque in hac lege culpa lata pro dolo accipitur. Quare si quis alto se præcipitauerit, & super alium venerit eumque occiderit, aut putator ex arbore cum ramum deijceret, non proclamauerit, & prætereuntem occiderit ad huius legis coertionem nō pertinet, tex. in l. in l. Cornelia, C. de sicca. cōcor. tex. in d. l. 1. §. sed si clanī, ff. eod. tit. Plane interdum & culpa punitur, vt in l. 3. §. sed hoc solū, cum seq. ff. ad l. Cor. de siccar. & in l. si quis §. abortionis, ff. de pœn. & in l 4. §. 1. de siccar. & in l. 6. §. sicut medico, ff. de offic. præsid. Semper autem mitius punitur homicidium commissum sine dolo, & animo occidendi, quam illud

Digitized by Google

lud quod committitur dolo, & est cõmunis sententia scribentium, vt dicit Cæpol cons. 37. colum. 1 & in hoc nemo discrepat, vt dicit Marant. in suo
5 Specul. fol. 26 post nu 59. Quæ autem pœna inculposo homicidio sit irrogãda? dicas quòd pœna extraordinaria citra mortis, pecuniaria scilicet, vel exilij pro modo culpæ, & ita seruari attestatur Boss. in tit. de defens. reor. num. 68 quem refert idem dom. Clar. in d. §. homicidium nu. 3. vbi etiam subdit, quod quandoque pœna triremium ad tempus, & ita per Senatum illius loci seruatum fuisse in quodam Laurentio Moreno, qui propter homicidium culposum, fuit ad triremes
6 per triennium condemnatus. Quomodo autem cognoscatur, verum animo occidendi, nec ne fit factum, dicas, quod ex re constituendum est, & ita diuus idem Hadrianus rescripsit in d. l. 1. §. diuus Hudrinus ff. de sicear. Et pone exemplum in eo, qui versus turbam hominum proijciat ad lapidem, ex quo hominem interfecit, hic enim extraordinaria pœna erit plectendus, quia non adfuit dolus in illo homine interficiendo. Sed tantum culpa in proijciendo lapidem, & est communis opinio, teste Menchiaca controuers. illustr. cap 9. num. 22. Item pone exemplum in illo architectore, qui ascenderat machinam, & eam non ligauerat sufficienter, quæ tota cecidit super caput existentis sub ea, & occidit eum, vt refert Angel in l. in lege cornelia ff. de sicar. dicens, quòd fuit punitus pœna arbitraria. Item pone exemplum in eo, qui culpa sua causam dat homicidio, puta in portiore, qui noluit in portum recipere Currus onustos, vt eos transfetaret, & dum ipsorum curruum vectores per aquas transirent vnus eorum submersus fuit, pro quo tamen portitore consuluit Cravet. consil. 80. Ex re igitur constituendum est, nam si quis gladium strinxerit, & eo percusserit, indubitate occidendi animo id eum admisisse dicitur. Sed si clavi percussit, aut cucuma, in rixa quamuis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam pœnam d. §. diuus Hadrianus. Et ideo in facti contingentia, fuit quædam mulier per septennium in insulam deportata, quæ baculo antillam percusserat super capite, quam credebat ex viro suo prægnantem ex qua percussione illa decessit, teste Gram. vot. 23. Non enim visum fui. habuisse animum occidendi, prout nec videtur habere, qui ligone homicidium commiserit, vt in casu Ioan. de Amicis cons. 23. vel pugno etiam armato, vt in casu Aretin. cons. 146. vel calce, vt supra dixi. Vel mannaria, vt in casu in quo consuluit Bald cons. 13. & item si quis habeat ensem, & percutiat pomo ensis, non autem ipso ense punctim vel cæsim, vel si habeat roncam, percutiat hasta, non dicitur habuisse animum occidendi, & ita dicunt Doctor. vt dicit Marsil. cons. 64. num. 18. Idem etiam dicendum in eo qui lapidem proiecerit pro sui defensione contra mordaces canes, & hominem transeuntem occiderit, & ita fuisse iudi-
7 catum, refert Signor. cons. 27. Item punitur homicida pœna mortis naturalis. Nisi quis tutandæ salutis suæ causa hominem interfecerit, & sic ad sui necessariam defensionem. Est enim indubitata iuris conclusio, quod homicidium factum ad sui defensionem non est punibile, cum licitum sit vnicuique vim vi repellere, quòd quidem vulgatissimum est, & commune, vt dicit Catal. cons. 53. in princ. inter cons. crim diuers. lib. 1. & est text. in l. vt vim ff. de iust. & iur. & hanc sententiam dicit esse frequentiori calculo receptam Placza lib. 1. delict. cap. 28. num. 3. in fin. & ita omnium gentium more, & consuetudine receptum

Digitized by Google

pium esse, ait Cæpol. consil. crimin. 42. vers. & profecto. Quod etiam procedit in foro conscientiæ, & est communis opinio. Nicell. in concor. gloss. cap. 56. & hæc est apud Theologos receptissima sententia, vt dicit Couar. in repet. Clement. si furiosus fol. 323. post num 1. Et hoc non solum pro defensione vitæ, & corporis sui, sed etiã pro defensione rerum suarum, & est communis opinio Legistarum Carer. pract. crimin. fol 371. num. 29. & seq. Quam opinionem dicit etiam esse communem Claud. in d. l. vt vim, num. 43 & sequ. Dec. ibidem num. 31. Ias. num. 23. & sequ. Placza in d. cap. 38. num. 52. Menchiaca controuer. illustr. cap. 18. num. 5. Bona enim & res vitæ æquiperantur, vt dicit gloss. in l. aduocati, C. de aduocat. diuers. iudic. quam dicit esse communi consensu approbatam, Placza in loco prælegat. vel adnotanda vtique. Item etiam & pro defensione honoris statuitur. Periculum enim famæ æquiperatur periculo vitæ l. iusta ff. de manumiss. vindict. sequitur Bolen. in repet. l capitalium. 6. famosos post nu. 161. Et ideo dicit Bart. in l. 1. num. 8. C. vnde vi, quod si immineat periculum alicuius iniuriæ personalis, quod poterit aggressor interfici, & hoc se practicasse in Ciuitate Venetiarum, & se defendisse quendam imputatum de homicidio refert Angel. in l. is qui aggressorem num. 2. C. de siccar. quem refert Marsil. cons. 81. num. 16. Item seruandum, pro defensione eorum, qui sunt sanguine coniuncti, & ita tenent communiter Doctor. teste Grammat. cons. 68. num. 4. quam opinionem dicit esse communem, Petrus Calef. inter
8 cons. crimin. diuers. cons. 88. num. 10. lib. 2. Et pone exemplum in patre defendendo filium Bald. in l. 1. nu. 19. C. vnde vi. Est enim filius pars viscerum patris & matris l. isti quidem, ff. quod metus caus. & hoc siue filius sit legitimus, & naturalis, siue naturalis tantum. Est enim natura communis l. hos accusare §. fin. ff. de accusat. Nec ciuilis institutio potest naturalem commutare l. amicissimos, §. Lucius, ff. de excusat. tutor. & iniuria facta filio præsumitur facta patri l 1. ff. de iniur. Item pone exemplum in filio defendente patrem, idem Bald. in d. l. 1. num. 20. subdens quod punitur filius si non defendit patrem, argum. text. in l. vtrum ff. de parricid. & in §. aliud quoque capitulum, in authen. vt cum de appell. cognoscit Gand. in rubr. de defens. à reo faciend. num. 4. Vital. de malefic. rubr. qui alium possit, &c. nu. 2. vbi etiam dicit, hoc non solum habere locum in filijs, sed etiam in nepotibus, motus quia sicut filij, & nepotes tenentur patrem, & auum ab hostibus redimere, vt in authen. si captiui, C. de episc. & cler. alias priuantur successione, l. 1. C. de his quibus, vt indig. multo magis tenentur eos defendere, l. appellatione parentis ff. de verbor. signific. sunt enim vna caro, è contra dicimus §. hac authoritate 35. q 3. Tertio pone exemplum in fratre, fratrem defendendo, Gand. in d. rubr in princ. & ita in facti contingentia, fuit absolutus quidem Antonius Persicus, qui vt auxiliaretur fratri suo, alium interfecerat cum eo rixantem Clar. in d. §. homicidium nu. 27. Item pone exemplum in marito vxorem defendente, vel è contra, idem Bald. in d. l. 1. C vnde vi, num 21. Sunt enim duo in carne vna. Item in sponso, sponsam defendendo, idem Bald. ibidem nu. 23. debet enim esse id iudicium de sponsa, & vxore, l. oratio ff. de sponsalibus l si vxor §. si minor ff. de adult. l. non sine C. de bon. quæ liber. Idemque dicendum in amasio defendente concubinam, idem Bald. quo supra num. 22. sunt enim domestici, & quadam societate iunguntur l. quod ait ff. de diuor. l. si vxor

§. 6

Digitized by Google

§. si minor ff. de adult. d.l. non fine C. de bon. quæ liber. Anan. in cap. interfecisti colum. fin. vt quarto. An amasius de homicid. volunt. vbi in vers. Tertio an vir, habetur etiam de marito vxorem defendente. Item pone exemplum in socio defendente socium, idem Anan. in loco prælegato, vers. sexto, An socius Bald. in d.l. 1. num. 24. Est enim iniuria communis l. item apud Iabeonem §. tenetur ff. de iniur. & ita etiam sentire videtur Gandin. quo supra. Immò si socius socium non defendit, delinquere videtur d. §. tenetur concor. text. in cap. fortitudo &c. non inferenda, 23. q. 1. & dicit Bald. quo supra per text. l. 1. C. de rapt. virgin. quod non solum socium defendere possũ cõtra aggressorẽ, sed etiã sociũ aggressoris, & vide eundem Bald. in l. raptores C. de episc. & cler. Item pone exemplum in amico defendendo amicum Marsil. in d.l. 1. nu. 9 220. C de rapt. virgin. Quinimo pro defensione alterius extranei prædicta locum habent secundum Bart. in d. l. vt vim, & in l. si quis in seruitute nu. 3. ff. de furt. & est communis opinio, vt dicit Dec. in eodem l. vt vim, post num. 32. vers. subijcit Bart. quæ conclusio est ab omnibus approbata, Alciat. cons. 475. Est enim tantæ potentiæ ista defensio propriæ vitæ, quod etiam si clericus sit ille, qui vult me offendere, quod adhuc possum illum impune occidere. (Et ex his apparet mihi fuisse permissum occidere insultantem me noctis tempore, & proditorie annis elapsis sub die 26. mensis Augusti 1576. cui licet ensem, è manibus eripuissem illamque curiæ terræ Pedis montis duxissem, ad instantiam quorundam maleuolorum iniquitatumque filiorum fui carceratus, & nedum insultans. sed etiam curia, consultores, consciij, fautores, & testes tenentur ad interesse passum ob hanc causam postquam notum erat non solum Iippis, sed etiam, & tonsoribus me fuisse vti contrarium procuratorem insultatum) Immò non solum pro me, sed etiam meorum propinquorum, & etiam extraneorum, & ita indistinctè tenẽt Canonistę Claud. in lectur. d.l. vt vim num. 85. quam opinionem dicit esse communem Abba. in cap. si vero, el primo num. 11. de pæn. relatus per Couar. lib. 2. resolut. cap. 10. post num. 8. vers. Quartum si eiusdem Non est ommittendum, consil. Riminal. 44. qui consuluit pro 11 quodam qui percusserat, Prętorem, à quo prius ipse fuerat percussus. Scias etiam quod non solum licet insultato insultantem occidere, sed etiam licet alium non offendentem occidere, si ab insultante aliter se defendere non poterat, nisi istum interficeret, ita dicit glos. in l. si familia in verb. poterat, ff. si famil. fur. fecis. dica. Quinimo quocunque modo, ego me defendendo percutio alium, non debeo puniri. Quia videor dare operam rei licitæ, & ita in facti contingentia fuisse absolutum quendam, refert domi. Clar. in d. §. homicidium num. 31. in fin. Qui dum se ab alio insultante defenderet percussit quendam saxo, qui mortuus est, fuit tamẽ in exilium 12 missus per annum. Quam quidem conclusionem quod insultatus possit suum aggressorem occidere, amplia procedere quamuis insultatus posset se fugiendo saluare, quia potest nihilominus ipsum insultantem impune interficere, & est communis opinio, vt dicit Ias. in d.l. vt vim nu. 38. Dec. num. 35. sequitur Carer. pract. crim. fol. 403. num. 131. Boss. in titu. de homicid. num. 86. Ioan. de Amicis cons. 77. num. 5. Riminald. cons. 44. num. 12. Non enim tenetur fugere etiam quod posset sine periculo illud facere, & hanc dicit esse communem opin. Alexan. cons. 109. num. 4 lib. 1. Alex. de Neuo inter cons. crim. diuers. cons.

Digitized by Google

87. num. 7. lib. 1. siue insultatus sit persona cui sit dedecori fugere vel non Felin. in cap. suscepimus de homicid. Tiraquel. de nobili. cap. 20. num. 64. Placza lib. 1. delict. cap. 28 num. 10. & sequ. Couar. in repet. clemen. si furio-
13 sus fol. 323. post num. 4. Plane scire debes, quod ista defensio propter quã quis iuxta prædicta excusatur debet esse cum moderamine inculpatæ tutelæ, quod circa tria consistit, Modum, Tempus, & Causam, Bolognin. cons. 36. colum. 5. vers. verum si dicatur, & ita dicunt omnes Doctores, teste Blanc. in pract. crimin. fol. 146. nu. 2. Circa modum, vt eodem genere armorum, quo quis percussus fuit eodẽ genere se defendere tenetur l. 3. §. eũ igitur ff. de vi, & vi armat. Hinc est quod si aliquis insultet me baculo, nõ licet mihi illum gladio percutere, si aliter me defendere poteram, & ita tenent communiter Doctor. vt dicit Grammat. cons. 63. num. 2. & 3. Item si verbis mihi fiat iniuria verbis me defendere teneor, ita Specul. in tit. de accusat. vers. Quid si vocauit te latronem, quem sequitur Ias. & Angel. in d. l. vt vim ff. de instit. & iur. Circa tempus, vt scilicet in continenti fiat defensio, vt in d. l. 1. C. vnde vi, & in d. l. vt vim ff. de iustit. & iur. & l. 3. §. fin. ff. de vi & vi arm. dicitur enim defensio facta incontinenti antequam quis deueniat ad actus extraneos, l. si ex plagis §. si tabernarius ff. ad legem Aquil. & vide text. in l. 23. §. fin. ad legem Iul. de adult. Et ideo si post se datam rixam vulneratus ex interuallo insultum fecerit in vulnerantem, non videtur id feciſſe causa defensionis. Sed vindictæ, & est communis Theorica Doctor. vt dicit Cæpol. cons. crimin. 56. num. 7. Circa causam, vt faciat ad defensionem nõ autem ad vindictam l. scientiam §. qui cum alter, ff. ad leg. Aquil tamen in omnem casum licet aggressus modum excedat non debet puniri pœna ordinaria, sed mitiori arbitrio iudicis, etiam si dolo exceſſiſſet, & ita communiter concluditur Soccin. Iunior cons. 36. num. 10. lib. 2. Carer. pract. crimin. fol. 409 nu.
14 152. & sequ. Couar. in repet. d. clement. si furiosus fol. 323. post num. 5. Non est ommittenda Bald. decis. in l. solam post num. 11. C. de testibus, quod ad probandam defensionem non est necesse, vt probetur in specie ista necessitas defensionis, sed satis est quod probetur simpliciter, quod fecit ad sui defensionem, & ita communiter tenetur dicit Carer. pract. crimin. fol. 403. num. 126. relatus per Placzam in d. cap. 28. num. 20. Dec. in d. l. vt vim num. 7. Et ideo sufficit probare, quod aduersarius veniebat armatus contra ipsum, ita tenet gloss. in l. 1. verb. Moderatione C. vnde vi, quam dicit esse communiter approbatam Bertrand. cons. 128 num. 3. lib. 7. Grammat. cons 56. num. 9. Claud. in d. l. vt vim in lectura numer. post 54. quam opinionem dicit esse communem, idem Placza in loco prælegato num. 15. Non enim tenetur quis expectare, quod prius ab alio percutiatur, vel offendatur, sed si ille sibi mortem minetur, potest ipse statim illum percutere, ita gloss. in d. l. prima C. vnde vi, quam sequuntur communiter Doctor. vt dicit Petrus de Barbob. inter consil. crimin. diuers. consil. 97 num. 21. lib. 1. Petrus Calephatus inter consil. criminal. diuers. lib. 2. cons. 88. num. 21. cons. 89. num. 3. & cons. 9. num. 4. eodem volum. & ita firmant communiter omnes, vt dicit Ioan. de Amicis cons. 116. num. 5. & ita fuisse absolutum in facti contingentia, quendam nobilem, qui alium sibi minantem interfecerat, refert Afflict. super prima parte Constit. Reg. rubr. 6. num. 33. & rubr 13 num. 30. Et in eo qui præparabat offendere dicit fuisse in facti contingentia iudicatum,

Digitized by Google

catum, quod potuerat impune offendi Iaſ. in d.l. vt vim poſt num. 9. quem refert Carer. pract. crim. fol. 391. nu. 1591. Item limita, niſi quis latronem ac depopulatorem agrorum occiderit l. 1. C. quando liceat vnicuique ſine iudic. ſe vendicare, vel deſertorem militiæ occiderit l. 2. C. eodem tit. Vel niſi quis transfugam occiderit l. 3. § fin. ff ad leg. cornel. de ſiccar. Vel niſi quis ſtuprum ſibi vel ſuis per vim inferentem occiderit l. 1. §. fin. ff. eodem. Vel niſi ſeruus iuſſu domini occiderit, iuxta ea quæ dicta fuerunt
16 ſupra in princ. cap. eodem tit. Item limita, niſi quis furem nocturnum occiderit: lex enim duodecim Tabul. furem noctu deprehenſum occidere permittit, vt tamen id ipſum cum clamore teſtificetur, dicit text. in l. 4. ff. ad leg. aquil. Et ita demum impune ferret ſi parcere ei ſine ſuo periculo non potuit, dicit text. in l. furem ff. ad leg. cornel. de ſiccar. Concludas tamē ſecundum communem opinionem quam atteſtatur eſſe Bolen. in d. repe. l. capitalium, §. famoſos nume. 164. Prac. Iodoci cap. 78. num. 2. quod ad hoc, vt licitum ſit occidere furem nocturnum, multa requiruntur. Primo, quod iſtud fiat, pro defenſione ſui ipſius vel rerum ſuarum, alias non poſſet quis occidere furem, ſi recedat ſine rebus ſuis. Secundo requiritur, quod volens occidere furem nocturnum clamet. Tertio requiritur, quod eum non cognouerit, neque habuit teſtes qui potuerint illum cognoſcere, & contra eum deponere de furto. Vltimo, quod eum capere non potuerint. Interdiu autem deprehenſum ita permittitur occidere, ſi is ſe telo defendat, vt tamen æque cum clamore teſtificetur, d. l. 4. ff. ad leg aquil. concor text. in l. ſi pignore §. furem, ff. de fur. ſin autem cum poſſet ad prehendere maluit occidere, magis eſt vt iniuria feciſſe videatur. Ergo & legis cornel. tenebitur, vt in l. 5. in princ. ff ad leg aquil Quòd intellige, vt procedat quando quis dubitat, an venerit ad furandum, vel ad occidendum, neque potuit ei parcere abſque propriæ vitæ periculo, & hoc fatentur omnes, Couar. in repet. d. clement. ſi furioſus fol. 327. verſ. Primus ſit, de homicid. Idem etiam dicendum quando reperitur à domino exportare res ſuas & cum illis aufugere neque aliter poterant recuperari, quia ſcilicet, nolebat eas reſtituere, & telo reſiſtebat, & eſt commun. opin. vt dicit Alexan. conſ. 138. num. 9 lib. 6. Couar. quo ſupra fol. 327. verſ. ſecundo proponitur Iaſ. in d. l. vt vim num 25. ff. de iuſtit. & iur. relatus per Villalob. in ſua collecta commu. opin. in litera O, num. 19. Dicit tamen Felin. in cap. 2. poſt num. 4. de homicid. quod de iure canonico non licet furem interficere, pro rebus tantum ſeruandis, & quod ita omnes concludunt.
17 Item punitur homicida pœna mortis naturalis, niſi furioſus vel infans occiderit. Infans enim vel furioſus ſi hominem occiderit lege cornelia non tenetur, cum alterum innocentia conſilij tuetur, alterum fati infælicitas excuſat, dicit text. in l infans, ff. de ſiccar. text. in Conſtit Reg. terminum vitæ, & ita eſt frequentiori doctorum calculo recepta ſententia, Placza lib. 1. delict. cap. 29 num. 1. ſecundum quam opinionem refert domin. Clar. lib. 5. ſentent. §. pract. q. 60. num. 7. quòd in facti contingentia, fuit quidam Philippus Nicola abſolutus, qui proprium filium quem vnicum habebat interfecit. Et quædam Iacobina Ferraria, quæ puella quandam trimā, baculo interfecerat, comperto quod laborabat atrabile, & quod alias vti mentecapta fuerit cuſtodita in hoſpitali Sancti Vincentij, fuit abſoluta & iterum tranſmiſſa, ad dictum hoſpitale. Refert tamē Igneus in l. 3. §. igneſcitur,

Digitized by Google

scitur, ff. ad Syllan. quòd Parisijs quidam mentecaptus, qui in aula regalis palatij quendam Vngarum interfecerat, qui biduo ante illum alapa percusserat fuit ad mortem damnatus, quod non est laudandum, sed potest de iure sustineri, nam ex præcedenti alapa videtur tunc dilucida habuisse interualla licet Anton. Gomez cap. 1. delict. num. 72. referat quod Serenissima Regina Castellæ fecerit, quendam furiosum, qui intulit vulnus Sereniſſimo Regi Ferdinando, punire, ob regalis enim personæ Eccellētiam potuit iustum videri, & proinde si casus contigerit d. l. infans, & Constit. Regni terminum vitam seruabis.

18 Item nisi adulterum cum filia deprehensum pater occiderit, permittitur enim patri ius occidendi adulterum, l patri, cum l. sequ. ff. de adult. concor. text. in l. 4. C. eodem, & hoc quāuis non naturalis, sed adoptiuus sit. Non enim hoc casu naturalis pater ab adoptiuo separatur l. nec in ea ff. eodem. Item quamuis tempore matrimonij eam in potestate non habuerit, sufficit tamen si eo tempore habeat in potestate, quo occidit l. quod ait, §. sufficit ff. eodem, ex quibus nota, quòd ad hoc vt pater possit adulterū occidere, primo requiritur vt filia, sit in eius potestate. Secundo requiritur, vt vtrumque insimul, & adulterum, & filiam occidat d. l patri, ibi, insimul cum filia, nam sit alterum occidat lege cornelia reus erit d. l. nihil interest, ff. de adult. Sanè si altero occiso alter sit vulneratus, impunitas conceditur, potius enim fato, quam voluntate &c. diuus Marcus & Claudius rescripserunt in d. l. nihil interest. Tertio requiritur vt incontinenti, non ex interuallo pater filiam quoque occidat d. l. quod ait lex §. finali. Quarto requiritur, vt pater qui occidit iure patris accusare non prohibeatur eos enim ius occidendi habere, qui iure patris &c. dicit text. in l. marito §. fin. ff. de adult. Quinto requiritur, vt in ipso opere, pater filiam cum adultero deprehendat, & ita Labeo probat. Pomponius scribit, Solon & Draco dicunt in d. l. quod ait lex. Vltimo requiritur vt domi suæ vel generi sui filiam deprehēsam cum adultero pater occiderit, non alibi, d. l. quod ait lex §. quare. Ius enim occidendi patri conceditur domi suæ vel generi, dicit text. in d. l. nec in ea, §. ius occidendi, Domus autem pro domicilio accipienda est, dicit text. in d. §. occidendi. Et ideo si pater alibi habitet, habeat etiam & aliam domū, in qua non habitet, deprehensam illo filiam, vbi non habitat, occidere non poterit d. §. quare, in fin. Et hæc omnia locum habent, etiam si talis adulter si clericus, potest enim pater illum deprehensum citra excommunicationem percutere, neque incurrit in pœnas cap. si quis suadente diabolo 17. q. 4 & est communis opinio, Bermon. de concubin. fol. 267. num. 5. in fin. Item quamuis magistratus sit, & ita firmauit Bart. in l. marito § illud, ff. de adulter. His autem omnibus (vt supra) non concurrentibus, non 19 liceret patri occidere. Tamen si occideret mitiorem pœnam irrogandam voluit text. in l. graccus C. de adulterijs. Item limita, nisi adulterum cum vxore sua deprehensum maritus occiderit, hoc enim casum nullam ob id calumniam metuere potest, dicit text, in d. l. marito, & hoc quamuis libertus adulterius aureorum anulorum impetrauerit l. si is qui ff. eodem. Item quamuis filiusfamilias sit maritus non sui iuris, d. l. marito, §. cæterum, si tamen sit vilis persona adulter, tunc enim potest impune à marito interfici in domo propria d. l. marito, & non alibi. Plane si eum occiderit pœna vltimi supplicij non punitur propter iustum dolorem, sed mitius nam

si est

Digitized by Google

si est humilis persona maritus damnatur in metallum si honestior relegatur in insulam d. l si adulterium cum incestu, §. Imp. ff. de adult. vel mittitur in exilium l. Graccus C. eodem. De iure autem Regni nostri marito permittitur, & adulterum & vxorem in ipso actu deprehensos ambos occidere nulla habita distinctione personarum, vt est text. in Constit. Reg. si maritus, & ideo caueant officiales à Thoris alienis. Quinimmo maritus, & pater in casu permisso possunt etiã alteri demandare, vt adulterum cum vxore deprehensum occidat, & ita fuisse decisum, refert Afflict. super 3. par. Constitut. Reg. rubr 46. num. 40 quem refert pract. Carer. fol. 445. nu. 240 secundum quam opinionem, ita se obtinuisse, refert Cæpoll de seru. vrbanor. præd. cap 23. circa fin. Et videas text. in §. illud, in authen. matri; & auiæ, vbi datur casus in quo licitum est marito vxorem occidere, & adulterum licet non in ipso actu, neque in domo propria. Hæc autem de iure ciuili locum habent. De iure vero canonico non licet neque patri, neque marito, filiam aut vxorem, vel adulterum in adulterio deprehensos occidere secundum gloss. in cap. inter hæc. in gloss. 1. circa medium 33. q. 3. Villalob. in sua collect. commu. opin. in litera M, num 25. Quod autem sit permissum vxorem adulteram occidere tu habes tex. in d. l si adulterium cum ineestu §. Imperatores, & in l. 1. §. fin. ff. ad leg. cornel. de sicar. Item limita, nisi quis vigore statuti id permittentis homicidium commiserit, valet enim hoc statutum Bartol. in l. omnes populi num. 23 ff. de iustit. & iur & est communis opinio, Alex. in l. si plagij num ff. de verbor. obligat. & ibi Ias. num. 3. Vivius commu. opinio. fol. 204. vers. statutum disponens, quod bannitus possit in princ. sequ. Decius cons. 327. num. 3. Et hoc siue occidenti constituatur præmium, siue non, idex Alex. & Vivius quo supra. Quo quidem casu excusatur etiam ille qui bannitum causa vindictæ occidit, & ita obseruari attestatur Boss. in tit. de bannit. quid amittant num. 1. in fin. Item limita, nisi quis non ex ipso vulnere decesserit. Quòd distingue secundum Doctor. Nam aut certum est vulnus fuisse mortale, & tunc si mors superueniat tenetur vulnerans de occiso, & puniendus est pœna ordinaria homicidij, iuxta text. in l. quod ait lex, §. quod si mortifero, ff. ad leg. aquil. in quo casu non excusatur vulnerans ob culpam vulnerati, vel medici imperiti, aut quauis alia causa l. ita vulneratus in princ. ff. ad leg. aquil. sequitur Blanc. in pract. crimin fol. 135. num. 97. de quo standum est arbitrio iudicis, qui considerata qualitate, & loco vulneris, relatione medicorum, ac temporis longitudine quo vulneratus superuixit post vulnus illatum, & alijs probationibus æstimabit, an ex ipso vulnere an ex alia causa decesserit, & ita tenent communiter Doctor. vt dicit Marsil. in pract. crimin. §. & quia num 16. & in cons. 7. num. 27. relatus per Apost. ad Riminal. in cons. 183. sub num. 3. Sane scias, quod vulnus letuale non durat vltra quadringenta dies secundum sententiam medicorum quam refert Angel. in l. vnica C de emen propinq. & dicit Riminal. d. cons. quod ita obseruat communis stilus. Et ideo si ante quadragesimum diem vulneratus decesserit vulnerans tenetur de occiso, quia præsumitur mortuus ex vulnere, & ita omnes concludunt, vt dicit Cæpol. cons. crimin. 41. vers. tertio veniens, nisi tamen intelligas vulneratus post triduum illati vulneris per ciuitatem ambulauerit, tunc enim etiam si postea moriatur non præsumitur ex vulnere decessisse, secundum gloss. in d. l. vnica §. depulsa, C. de emen.

Digitized by Google

emen. seruor. quam approbant, & sequuntur omnes Doctor. vt ait Marsil. in l. si in rixa num. 59. ff. ad leg. cornel. de siccar. & in pract. crimin. §. & quia, num. 17. Arnon. soliloque 39. Prospere quędam. Aut certum est vulnus non fuisse mortale, & tunc si constat vulneratum, mortuum fuisse ex alia causa quàm ex ipso vulnere, non tenetur vulnerans de occiso, ita dicit Bald. in l. qui occidit, §. fin. ad leg. aquil. & in hoc nemo est qui discrepet, Riminal. cons. præfato 281. Aut vero sumus in dubio, an vulnus esset lethale an non, & tunc si apparet de aliqua negligentia, seu culpa vulnerati, & tunc vulnerans non tenetur de occiso iuxta notat. in l. si ex plagis ff. ad leg. aquil Aut non apparet de aliqua negligentia, seu culpa vulnerati, & eo casu vulnerans de homicidio punitur, & ita tenet Gand. in tit. de homicid. post num 24. vers. sed pone, quòd aliquis, vbi ponit exemplum in rustico, qui in capite vulneratus iuit ad laborandum, & vide Blanc. in pract. crimin. fol. 134. post num. 96. circa medium Signor. cons. 263. num. 6. & quid in hoc casu fuit decis. per Sacr. Reg. Cons. videas Gram. cons 2. Sed an curia vel eius familia occidens delinquentem, excusetur à pena homicidij? videas ea quæ cumulaui supra cap. 6.

22

NOTABILE CAROLI Grimaldi V. I. D. In hoc caput 2.

REgulare est, quod nemo sine accusatione damnatur l. rescripto §. si quis ff. de mun. & hono. & per hoc non admittitur passim inquisitio nisi in casibus à iure expressis, vt per gloss. Bart. & Doctor. in l. 1. §. si in publico, ff. de adult. & per eundem in extrauaganti ad reprimenda in verbo per inquisitionem, & in c. cum oportet, & in cap. qualiter, & quando & in cap. inquisitionis de accusat. Salic. in l. ea quidem C. eodem, quod procedit in inquisitione spetiali, secus enim in generali, vt dicit Bart. in l. cógruit ff. de offic. præsid. quæ generalis inquisitio permissa est, tam de iure communi Romanorum, quam etiam de iure Regni, vt in Constit. Reg. Inquisitiones, & per Capit. Regni generalis, quæ generalis fit ad inuestigandum, & non ad puniendum, & eius est effectus, vt dicit Felin. in cap. Inquisitionum colum. 3. de accusat. à qua deinde deuenitur ad spetialem cum ex generali quis non possit damnari, vt dicit Bald in cap. 1. §. iniuria num. 16. de pac iur. Hinc statuta, & consuetudines terrarum ob faciliorem exitum assumendi vindictam publicam introduxerunt inquisitiones spetiales vltra eas à iure communi concessas, vt dicit Signor. in cons. 182. nu. 4. per text. in d. l. ea quidem, & in l. 1. §. quies ff de offic. præsid. vrb. & l. diuus, ff. de custod. reor Vndè in Regno successerunt duo capitula, videlicet, C. si tempora, & C. ne tuorum, quorum vigore proceditur per inquisitionem in his casibus in quibus veniret imponenda pœna mortis ciuilis, vel naturalis, aut membri mutilationem, quæ vt effectum sortiatur eius requisita posuit Amed. in suo tractat. syndic. in vers. quinque requiruntur ad substantiam inquisitionis, & Angel. Aretin. in tractat. malef. in vers. hæc est quædam inquisitio fol. mihi 3. & licet in quauis inquisitione principaliter fama consideratur etiam dum proceditur contra officialem, vt dicit Bald. in l. iubemus, num. 6. C. de probat. tamen hoc fuit correctum de iure Regni per Capitulum Regiæ dignitati, cuius vigore proceditur nulla fama præcedente; In qua

Digitized by Google

qua inquisitione dum proceditur, iudex dicitur representare locum accusatoris, & illa citatio quæ accusatori competebat ipse in iudicium deducit, Bart. in l. transigere, num. 15. C. de transactio, non per hoc sequitur.

ADDITIO
PETRI DE MORANTE
V. I. D.

ADde quod à pœna homicidij excusatur occidens rebellem licet rebellis non fuerit declaratus, dummodo postea probetur & declaretur, prout declarari, & probari potest post homicidium commissum, quod erat rebellis, ita dixit Bart. in extrauagan. ad reprimendum, in verbo rebellando num. 22. & est communis opinio teste Boss. in titu. de hæret. post num. 29. & in tit. de crimin. læsæ maiestatis num. 19. & ita seruatum fuit in Duce Vrbini quando interfecit Cardinalem Papiensem, super quo casu cõsuluit Ruin. consil. quarto libro 5. & Ferret. cons. 31. Sed an excusetur à pœna ordinaria homicidij volens occidere Caium, & occidit Sempronium? Doctores dicunt quod sic, ex quo respectu Sempronij non fuit animus occidendi, & sic quod potius culposum sit homicidium, quam dolosum, vt refert Placza lib. primo delict. cap. 27. numero primo, & hanc esse communem opinionem, refert Grammat. cons. 5. & fuit etiam in facti contingentia iudicatum per Sacr. Consil. teste eodem Grammat. super Constit. Reg. fol. 14. num 21. Et dicit Couar. in cap. Alma mater, fol. 497. post num. 15. vers. non ad eiusdem extra de testam. & in repet. cap. quamuis, fol. 53. post num. 3. quod communis est opinio, quod volens percutere Titium laicum & percusserit Caium clericum, non incidat in pœnam excommunicationis. Ego autem seruare opinionem Bart. contrarium determinantis, vt scilicet debeat puniri pœna mortis, in l. respiciẽdum §. delinquunt in fine, ff. de pœn. ad quam facit Reg. Pragmat. ad restringendum, de ictu scoppicti, quia operam dabat rei illicitæ, & sic attento initio illicito, vel licito illud quod sequitur eadem pœna punitur, sed apostilla quod iudicis arbitrio punitur. Et quod pœna extraordinaria puniatur, & sic Bartol. in d. l. respiciendum, §. delinquens sit intelligendus latissime dicit Blanc. in eius practi. crimin. in verb. Casu num. 3. alleg. Curt. Iun. in l. in actionibus num. 13. ff. de in lit. iur. Claud. Seissel. in l. 1. num. 31. ff. de legi. glosſ. in cap. illud, in verb. seruum suum, 15. q. 1. Nicol. de Mattarel. Cæpol. & Iaſ. vt ibi, quamuis idem Bart. in l. si cum seruo, ff. de iniur. reliquit hoc cogitandum.

DE DEFENSIONIBVS REORVM.
CAPVT III.

SVMMARIVM.

A pœna furti qui excusentur, ad num. 20.

EOdemque modo facias regulam quod scilicet furtum committẽs

Digitized by Google

regulariter pœna mortis naturalis affici debet, vt infra dicam in secun par. Nisi tamen depositarius depositum abneget, sola enim cogitatio furti faciendi non facit furem, nisi id intercipiendi causa occultauerit l. 1. §. sola ff. de furt. concord. l. inficiando, eodem tit. Item nisi seruus, vel filiusfamilias, se liberum vel patremfamiliam, se simulent vt eis credatur, l. si quis vxori §. seruus ff. eodem, vel nisi quis fraudem adhibuit, vt sibi vel alij credatur, vt dicendo se locupletem, fideiussorem se daturum, pecuniam confestim soluturum d. l. falsus creditor, §. si quis nihil. Nam in his omnibus magis decipit, quam furtum facit, & ideo non tenetur, nisi cum quis certæ personæ crediturus, alia pro ea subiecta sit minus idonea, d. l. si quis vxori, § cum Titio, concor. text. in l. si is qui rem, §. si tu Titium. ff. de furt. Item limita, nisi ære pignori dato ad aurum esse, affirmauit, turpiter enim sit furtum autem non sit, l cum æs, ff. eodem l 36. ff. de pign. action. Item nisi quis equum vel asinum alienum in equas suas gignendi causa admisit, tunc enim furti non tenetur, nisi fraudandi quoque animum habuerit, d. l. si quis vxori, §. si quis asinum meum ff. eodem. Item limita, nisi fur aliqui l. fregit, aut ruperit non animo furandi, l si quid fur, ff. eodem, & pone exemplum in d l. si quid, §. 1. Item limita nisi seruus domino, vel filiusfamilias patri furtum fecerit, §. hi qui, Institut. de obligat. ex delict. l. ne cum filiofamilias, ff. de furt. serui enim & filij nostri furtum, quid faciunt, ipsi autem furti nobis non tenentur l. serui & filij, ff eodem concord. text. in l. 1. C. de noxal. actio. text. in l. si quis vxori, in princip. ibi, idem dicendum, ff. de furt & hoc quamuis seruus, qui furtum fecit manumissus sit vel alienatus, d. l. prima §. de noxal. ibi, neque a uersus ipsum concord. text. in d. l. serui, & filij, ibi, vnde est quæsitum text in l 1 §. hæc autem, ff de his qui testam. liber esse, & dicit text. l. si seruus communis ff. de furt & in d. l. falsus credito, quod quamuis seruus communis vni ex dominis furtum fecerit excusatur. Item amplia quamuis seruus cum emptori furtum feciſſe factus sit in emptus, l. inficiando, §. cum seruus, d. l serui nostri, §. cum autem ff. de furt. excusantur dico, nisi filiusfamilias, qui castrense peculium habet patri furtum fecerit, l. si quis vxori in princip. ibi, sed si filius ff eodem. Item nisi seruus legatus, vel liber esse iussus, ante aditam hæreditatem, hæredi furtum fecerit, l. à Titio, l. si iussu §. fin. ff. eodem. Item nisi seruus cum in fuga esset, domino furtum fecerit, & ab alio possideatur, d. l. serui, & filij nostri, §. finali. Item limita nisi is furtum fecerit ei, à quo bona fide possidetur, quòd distingue, vt in l. apud antiquos, C. de furt. Præterea limita nisi pater filio, quem in potestate habet furtum fecerit, quia excusatur, l. actiones ff de action. & obligat. d. l. cum filiofamilias, ff. de furtis concord text. in l. 4 ff de iudic. & d. §. hi qui, instit. d. titu. concord. §. item inutilis, Institut. de inutilibus stipul. & hoc nisi pater rem castrensis peculij, vel quasi subripuerit, d. l. 4. & ibi gloss. ff. de iudic. concord. text. in d. l. si quis vxori, ibi, an pater, teneatur, ff. de furt. Item limita, nisi libertus patrono vel cliens siue mercenarius, ei qui eum conduxit furtum fecerit, l. si libertum, ff. eodem. Vel nisi vxor marito, vel è contra maritus vxori furtum fecerit, l. 1. cum l. sequ. ff. rerum amot. l. quinta ff. expil. hæred. l secunda, C. rerum amot. l 17. C. de furt. & hoc quamuis rem marito commodatam vxor absulerit, l. fin §. cum autem, C. de furt. Vel nisi impubes furtum fecerit, quia non tene-

1 2 3 4 5

Digitized by Google

tenetur, nisi sit doli capax, & proximus pubertati, §. in summa, Instit. de
6 obligat. ex delict. l impuberem, cum l. sequen. ff. de furtis. Item limita, nisi nemo rei surreptæ dominus, vel possessor sit, l. si hæreditariam rem, ff expil. hæred. l. 1. §. scevola, ff. si is qui testam. liber esse, concord. text. in d. l. falsus creditor, §. qui alienum, ibi, nec enim furtum, ff. de furt. & pone exemplum in eo, qui rem à domino pro derelicto habitam abstulerit, quòd fallit in casu l. si cum quis ff. eodem. Præterea limita, nisi liber conquerente matre sit ablatus, l mater filij ff. de furtis, secus autem si pater filio surrepto furti agat, quia non excusatur l. eum, qui emit §. filiusfamilias l. si filius surreptus ff. de furtis §. interdum etiam, Institut. d. titu. patrem enim furti actionem habere palam est dicit ibi, text. nisi pater non furti actione, sed condictione furtiua agere velit d l. mater §. liberarum, ff. de furt. Item excusatur fur à pœna
7 furti. Si probet, quod ille cui furatus est erat eius debitor, & quod ab eo creditum suum consequi non poterat, licitum est enim ei, qui non potest à suo debitore creditum suum consequi, æquiualentem rem, seu quantitatem ei subripere, & est communis opinio, Couar. libr. 1. resolut. cap. 2. post nume. 15. vers. quarto eodem. Item excusatur si res hæreditaria sit subrepta, l. hæreditariæ, cum duabus ll sequen. de furt. concord. text. in l 40. ff. de noxalibus actionibus, vel immobilis §. quod autem, Instit. de vsucap. l. 14. §. qui vim, ff. quod metus
8 caus. l. verum est, ff. de furtis. Vel si quis rem suam subripuerit, hoc enim casu furtum non committitur, nisi debitor pignus subripuerit, §. aliquando §. furti autem, Institut. de obligat. ex delict. l. itaque fullo, §. sed si res l. actiones §. fin. l. si seruus communis, §. locaui l. si is qui rem, in princ. ff. de furt. vel nisi pars rei alterius sit l. si socius, ff. de furt. Vel nisi vsufructus rei alterius sit, creditoris, §. dominus ff. eodem concord. text. in l. cum æs §. fin. ff. eodem. Vel nisi dominus rem suam bonæ fidei possessori auferat, hisce enim casibus omnibus furti tenetur nisi nihil hoc casu interfit bonæ fidei possessoris, rem ei à domino surreptam esse l. qui iniuriæ, §. fin. ff. de furt. Plane si dominus rei commodatę commodatario rem auferat commodatam non tenetur, l. creditoris §. dominus l. si is qui rem, ff. eodem. Quid autem si quis non rem suam, sed precium rei suæ venditæ dominus surripuerit an teneatur. Respond. quòd sic, & ita dicit text. in l. qui vas §. fin. ff eodem, & in l. 38. §.
9 si seruum ff. de noxal. actio. Præterea excusatur à pœna furti si quis rem sibi debitam surripuerit, & pone exemplum in l cum creditor, & in l. eum qui emit §. adeo autem ff. eodem. Nisi tamen debitor retentionem in illa re habuerit, vel per exceptionem poterat defendi d. §. adeo autem, ibi, plane. Vel nisi creditor debitoris condemnati bona, propria authoritate distraxerit, quia non excusatur l. sexta,
10 §. penult. ff. de re iudic. Item excusatur à pœna furti, si quis non inuito, sed volente domino rem eius contrectauerit l. qui vas §. qui ex voluntate, ff. de furt. ad hoc enim vt dicatur furtum requiritur, quod contrectetur res aliena inuito domino, & propterea Iacob. de Aren. tradit cautelam furi, vt scilicet dominus dicat, quod illam accepit de eius voluntate, quæ excusatio parum in practica profecisset cum hoc de consuetudine non seruetur, vt dicit Angel in l. inter omnes §. recte num. 5. ff. de furt. relatus per August. ad Angel. de malefic. in verb. comparent, & produxerunt instrumentum pacis, post num. 12. & contrarium tenuit Bart. in dicto §. re-

Digitized by Google

&e numer. 1. cuius doctrina est communiter approbata, Curt. Iun. in l. 1. numer. 5. C. de furtis, nisi concurrent aliæ coniecturæ (dicit ibi Bart.) & verisimilitudines vt puta, quia esset eius amicus vel consanguineus, vel solitus talia donare, vel quod res esset modici valoris, vel huiusmodi, tunc enim posset excusari, quod iudicis arbitrio relinquitur, & ita est communis opinio, Felin. in cap. nulli num. 5. de præsumptio. Boss. in titu. de furtis, post num. 58. Quid autem si quis seruum alicuius sollicitasset, vt res aliquas domino auferret, & ad se perferret, seruus autem id domino indicauerit, & dominus vt sollicitatorem in ipso delicto deprehenderet, permiserit seruo rem ad eum perferre, an habet locum pœna furti? quod sic ita dicit text. in §. sed & si credat, Institut. de obligat. ex delicto. Concor-
11 dat text. in l. 20. C. de furtis. Præterea excusatur si quis sciente, & non prohibente domino rem eius subripuerit l. penult. ff. de furt. Nisi tamen sciens prohibere non potuit, vel verecundia motus prohibere noluit, d. l.
12 penult. Item excusatur quis à pœna furti, si non furandi animo rem alienam abstulerit, vel contrectauerit, l. verum §. fin. ff. de furt l. 41. §. fin. ff. ad leg. aquil §. placuit in fine, Insti. de obligat. ex delict. & §. in summa, eodem tit. facit text. in l. furti §. recte pedius ff. de furt. & pone exemplum in eo, qui per infantiam rem alienam aufert, d. §. in summa. Item in eo, qui per lasciuiam pecus alienum fugauit, §. interdum quoque, Insti. d. tit. Item in eo, qui asinum alienum in equas suas gignendi causa immittit, d. l. si
13 quis vxori §. si quis asinum ff. de furt. Item eo, qui ancillam alienam libidinis causa rapuit l. verum est, ff. eodem. Nisi tamen ancillam non meretricem quis rapuerit, tunc enim furti actio-
14 ne tenetur, vt ibi. Præterea excusatur si quis putauit se domino volente, vel non inuito rem eius contractare, §. placuit, Institut. dicto titu. d. l. inter omnes §. recte dictum est, & l. qui re sibi ff. de furt. Item etiam si putauit rem à domino prò derelicto habitam d. l. falsus creditor §. qui alienum, ibi, sed & si non sit, §. si quis sponte, & §. si iactum ff. de furt. Vel si quis, putauit rem suam esse, §. ita tamen, Institut. vi bonor. rapt. & pone exemplum in l. si quis ex bonis, ff. de
15 furtis. Præterea furtum in aleæ lusum factum non punitur l. 1. in princ. ff. de aleat. dummodo factum sit eodem tempore quo luditur, & in eadem domo, vt ibi dicit text. Quinimo adhuc pœna cessat si alius quam lusor furtum commiserit, d. l. 1. §. item notandum. Porro si conditione, vel vendicatione furtiua agatur admittitur dominus d. l. 1. §. quod autem. Item excusatur si propter necessitatem quis furatus sit, eo enim tempore extremæ necessitatis licitum est furari, & est communis opinio, Marian. in cap. si quis propter post num.
16 12. de furt. Cagnol. in l. quæ propter necessitatem numer. 3. ff. de regu iur. quæ refert Benincasius de paupert.
17 fol. 105. numer. 22. Item excusatur si fur rem non celauerit, l. qui vas, §. qui ex voluntate in fine, ff. de furt. vel contrectatio secuta non sit, d. l. si quis vxori §. neque verbo l. prima, §. sola i. vulgaris §. qui furti l. si quid fur, in princip. & §. 1. ff. eodem concord. l. 3. §. si rem in fine ff. de acquiren. possess. text. in l. 53 §. fin. ff. de verbor. significat. Item si furem deprehensum dominus deduxit ad præfectum vigilum vel præsidem & ab eo condemnatione facta, rem ablatam recepit, l. interdum, §. qui furem, ff. de furt. vel si reus delato iureiurando, iurauerit furtum se non fecisse, quod dic vt notat, in d. l. si quis vxori, §. si quis iurauerit, vel si reus mortuus sit

l. si

Digitized by Google

ff. cum quis §. quamdiu l. si seruus §.
16 ex his igitur ff. eodem. Item posset ad
excusationem allegari furtum esse
domesticum, & proinde non puniendum l respiciendum §. furta ff de pœn.
quod de consuetudine non seruatur,
nisi in leuibus, & propterea fuit laqueo suspensus quidam famulus, cui
dominus pecuniam tradiderat, vt alteri mutuaret, & ipse illam in vsus
suos cõuerterat; pro quo famulo fuerat aduocatus, Io. de Imola, prout ipse id recensset in l. si tibi dederim ff. de
donat, & in l. casius ff. de solut. relatus
per Igneum in l. 1. in princ. num. 91.
& sequ. ff. ad Syllan. vbi etiam refert
Rothmagi ita pluries fuisse iudicatũ,
sequitur Sas. in l. eius qui § quas vero
num. 7. ff. si cert. pet. & vide Chassan.
super consuetud. Burgun. fol. 48 num.
17. vbi quædam ancilla quæ fuerat domino suo furata certam quantitatem
auri & argenti, fuit laqueo suspensa,
& vide Boer. decis. 316. post nu. 7. vbi
refert, quod quidam famulus pro furto fuit transmissus ad triremes perpetuo vide etiam Affl. super 1. par. Constit. Reg. quid fuerit iudicatum in quadam alia ancilla in rubr. 63. num. 12.
Dicit etiam Papo lib. 23. tit. 5. Arrest.
2. quod quidam mulacterius qui domino suo furatus fuerat notabilem
quantitatem pecuniarum, fuit laqueo
17 suspensus. Item excusatur si fur hostium seruus sit effectus, quod dic vt
habetur in l. si cum quis §. fin. ff. de
fur, vel si de furto transactum sit, l.
post decisionem, C. de transact. sed
hoc ad minuendam tantum pœnam
sufficeret in casu in quo ex officio
procedi possit. Præterea excusatur si
fur, seruus eius cui furtum fecit factus
sit l. si alienus ff. de nox. actio. l. à Titio
ff. de furt. hoc enim casu pœna furti
euitatur, quamuis is qui furtum passus est rursus seruum alienauerit d l.
si alienus, ibi, nec si postea alienauero, concord. d vers. & vt maxime tex.
in l. quod dicitur, ff. de furt. Item
quamuis pro parte tantum dominium
sit nactus d l. falsus creditor, §. penult.
ff. eodem, quia à pœna liberatur, nisi
post litem contestatam dominium furis, is qui furtum passus est, si natus,
tunc enim pœna non extinguitur d. l.
si alienus ibi quòd si, ff. de noxal.
actio. Parique modo liberatur à pœna furti seruus si vsumfructum tãtum,
dominus rei in seruo fuerit nactus;
18 Sed an excusetur si res furata esset
modici valoris, nam de re minima
non videtur curandum, vt est tex. in
l. scio, ff. de in integr restit. & est cõmunis regula, vt dicit Gomes in §. pœnales, post num. 4. Institut. de action.
quod non est admittẽdum, nam actio
furti datur etiam de re minima, vt pro
gallina vel pro auferre, immo etiam
pro quo, vt dicit gloss. in §. gallinarum, Instit. de rer. diuis in verb. qui
Lucrandi, Tiraquel. in tract. de iudic.
in rebus minim. exig. fol. 50. colum. 2.
vers. 10. & hæc opinio (quam omnes
sequuntur) est frequentissimo omnium calculo recepta, Couar. lib. 1.
19 resolut. cap. 3. num. 12. Vltimo à pœna furti excusatur si semel furti nomine actum sit, obstat enim exceptio
rei iudicatæ, vulgatis iuribus, & hoc
quamuis alia actione antea sit actum,
l. si is cui, l. si quis egerit, ff. de furt. l.
1. C. eodem l. 1. ff vt bon. rapt. Nisi tamen condictione, vel vendicatione
furtiua actum sit, hoc enim casu nihilominus furti agi potest, l. ancillæ, C.
de furt. Non enim habet locum furti
pœna si semel actum sit. Nisi alius antea egerit, res enim inter alios actæ
alijs præiudicare non possunt Nisi tamen vnus ex duobus commodatarijs,
vel quibus res simul locata fuit, furti
egerit, quo casu alijs postea agenti
obstat exceptio l 5. §. fin. cum l. sequ.
ff. commod. Secundo nisi cum alia antea sit actum, l qui re, §. fin. l. vulgaris
§. penul. ff. de fur. tunc enim cum alio

Digitized by Google

nihilominus agi poteſt, niſi tamē cum domino ſerui furis ſit actū hoc enim caſu ſeruus manumiſſus exceptione defenditur l. ſi ſeruus nauem in fin. ff. de fur. Tertio limita, niſi alterius nomine actum ſit antea l. ſi quis perferendum in fi. l. ſi quis ex bonis ff. eod. Quarto, niſi de alia re antea ſit actum l. interdum §. fin. ff. eod. l. 7. §. 1. ff. de condict. furt l. ancillę C. de fur. Quinto limita, niſi ex alia cauſa agatur, & ex alia cōtrectatione d. l. inter omnes §. fin. & d. l. interdum in princ. ff. de 20 fur. Tu ſcis text. in l. 1. in princ. & in §. fin. cum l ſeq. & l. 3. ff. ſi famil. furt. feciſſ. dicat. quod ſi plures ſerui vnius domini furtum commiſerint, dominus tantum præſtando, quantum ſi vnus liber furtum feciſſe liberantur omnes & ſic à pœna furti excuſari videntur, quod verum eſt, ſi ciuiliter actum ſit. Cæterum ſi criminaliter agatur non excuſarentur & eſt communis opinio Riminal. in l. ſi familia num. 6. ff. de iurid. omn. iud Boſſ. in tit. ſi famil. furt. feciſſ. hic. nu. 2. præſertim ſi imponenda eſſet pœna corporalis, & hoc tenent omnes communiter, teſte Ang. in rub. ff. ſi famil. furt. feciſſ. dicat.

Vel quamuis mandatu, alterius fecerit l. non ſolum §. ſi mandatu, & §. proculus ff. eodem titu. Item quamuis magiſtratus ſubdito iniuriam faciat, l. nec magiſtratibus ff. eodem. Item quamuis hæres patroni liberto iniuriam fecerit, d. l. non ſolum, §. quamquam, vbi diſtinguitur. Item quamuis ſeruus iniuriam fecerit, l. 1. C. eodem, l. ſed ſi vnius, §. cum ſeruus, ff. eodem. Item amplia quamuis ſeruus ei, qui in eo vſumfructum habet iniuriam fecerit d. l. ſed ſi vnius §. ſi ſeruus, vel quamuis ſeruus ſeruo iniuriam fecerit, l eum qui, §. 1. Item amplia quamuis quis ab alio prouocatus dicat tu mentiris, & hoc etiam ſi dicat illi verum, & eſt communis opinio, Boer. conſ. 4. num. 27 & ſequ. & ita in facti contingentia fuit deciſum per Sacr. Conſil. teſte Capyc. deciſ. 58. eſt tamen mitius puniendus. Item amplia procedere quamuis iniurians dicat ſe pœnitere, & quod dixit, fecit calore iracundiæ, adhuc enim mitius puniri debet, & ita in facti cōtingentia fuit deciſum per Cur. Tholoſ. Auſer deciſ 409. quem refert Mantua, qui idem conſuluit conſ. 77. lib. 2. Plane ab hac pœna excuſatur ſi non iniuriæ faciendæ animo factum, vel dictum ſit, l. 5. C. de iniur. l. ſi quis ſeruum l. penultim. ff. eodem, & hoc ſi probatum fuerit, cæterum in dubio non præſumitur, omnes enim iniuriæ præſumitur, facta animo iniuriandi, niſi contrarium probetur, & ita concludunt Doctores communiter omnes, Soccin. conſ. 146. poſt nu. 6. verſ. circa tertiam lib. 1. quam etiam dicit eſſe commun. opinio. Paris conſ. 149. num. 19. lib. 4. Item excuſatur ſi quis per iocum dixit, aut fecit, l 3. §. quare ſi quis, ff. eodem, vel ſi corrigendi, & emendandi animo fecerit, l. item, §. adijcitur, ff. eodem, vel ſi iure fecerit, l. iniuriarum, §. 1. ff. eodem, vel ſi iure magiſtratus, & poteſtatis fecit, d. l.

DE DEFENSIONIBVS Reorum.

CAPVT IV.

SVMMARIVM.

1 *A pœna iniur. qui excuſentur num. 1.*

PVnitur, & aliquem iniurians, quamuis is qui iniuriam facit in perſona eius cui facit, erret l. eum, §. ſi iniuria l. 3. §. itaque ff. de iniur.

Digitized by Google

d.l.iniuriarum, §. quæ iure concor. l. quod reipublicæ ff. eodem, exemplo, d.l.item apud § adijcitur, ibi, vnde quærit. Vel si ob id quod decreto magistratus, non obtemperauerit ductus sit, d. l. iniuriarum, §. si quis quod, vel si defendendi domini sui causa fecerit, d.l.sed si vnius, §. si iussu; in fin. ff. eodem, vel si pater adulterum cum filia sua deprehensum, contumelia affecerit, l. vigesima secunda, §. sed qui occidere, ff. ad leg. Iul. de adulte. Præterea excusatur, si quis nocentem infamauit, l. cum qui nocentem, ff. eodem, peccata enim nocentium nota esse, & oportere, & expedire dicit ibi, text. & ideo si quis dixerit alicui, quod est latro, homicida assassinus, &c. qui in veritate est, nullam pœnam meretur, ita Bart. in d.l.eum qui nocentem in princ. & est communis opinio, vt dicit Alex. in l.3. in princ. num. 6. ff de liber. & posthum. quem refert Villalob. in sua collect. commun. opin. in littera. A. num. 29. Apostill. ad Angel. in d.l. eum qui nocentem sub nume. 1. Placza lib. delict. cap. 1. post num. 3. quod iniurians probare tenetur, alias secus, & est communis opinio, Boer. in d. consil. 4. num. 36. 46. & 48. Et hoc de iure ciuili. Cæterum de iure canonico non excusatur, & est communis opinio, Doctor. teste Alexand. de Neuo consil. 82. num. 5. in fine. Item excusatur si hominem liberum per errorem vel casum, pro seruo suo cæciderit, l. 3. §. fin. l. 4. ff. de iniur. Vel si seruum alienum pro libero homine, vel seruo alterius per errorem cæcidit, d.l. item apud, §. interdum. Item excusatur si seruus alicuius leuiter percussus sit, vel leuiter delictum, d.l. item, §. præterea, si quid ibi, itaque prætor text. in §. seruis autem, Instit. de iniur. Vel si nihil contra bonos mores sit factum, d. l. item, §. ait prætor, §. sed quod adijcitur, §. meminisse, & §. adijcitur. Vel si incertæ personæ sit factum, d. §. item, §. cui non sine, concor. l. 6. ff eodem. Vel si ei apud quem in alia lusum est iniuria sit facta, l. 1. in princ. ff. de aleat. Vel si volenti iniuria sit facta, l. 9. ibi, nullam enim, ff. de aqua plu. arcen. quo casu nullam videtur iniuriam accipere. Nisi filiofamilias vel seruo; fiat iniuria, quia nihilominus patri vel domino competit actio, l. 1. §. vsque adeo, ff. de iniur. & l. si quis seruum, eodem titulo. Item excusatur si furiosus vel impubes iniuriam fecerit, l. 3. ff. eodem. Vel si dominus seruo fecerit, d. l. item §. si communem, & hoc quamuis alius in seruo partem habuerit, vel vsumfructum, vt ibi. Item excusatur si parens liberis iniuriam fecerit l. 7. § sed & si quis, ff. eodem l. 2. ff. de obsequ. à liber vel seruus domino l. sed si vnius, §. cum seruus, de iniur. eodem. Vel si iniuriam passus etiam statim ad animum non reuocauerit, sed eam dissimulauerit, l. non solum, §. 1 ff. eodem, & concord. §. fin. Instit eodem. Vel si iniuriarum actio intra annum in iudicio deducta non sit l. 5. C. eodem d l. sed si vnius, §. si cum ante in fin. tanto enim anni spacio præscribitur? dicit gloss. in l. si non conuicij, C. eodem, quam dicit esse communiter approbatam, Ruin. consil. 21. num. 5. lib. 4. & est communis opinio vt est communis opinio, Placza lib. 1 delict. cap. 6, circa fin. & est continuus iste annus vt est communis opinio, Cuman. consil. 74 post num. 5. Curt. Iun. in l. 1. in princ. & num 20. ff. quod quisque iur. Item excusatur si semel actum, fit, obstat enim exceptio rei iudicatæ, & hoc quamuis alia actione sit actum l. qui seruum, ff. de actio. & obligat. l. quod Senatusconsultum ff. de iniur. Quod intellige, nisi alius antea egerit, l. 1. §. fin. ff eodem, quo casu dicta exceptio non obstaret, l. eum qui nocentem, §. si nupra, in fin. ff. eodem.

Digitized by Google

Nisi cum filiusfamilias iniuriam passus egisset, postea pater eius, agat huic enim exceptio proposita obstat, quāuis alius sit, l. sed si vnius §. fi filiusfamilias ff. eodem, secundo intellige, nisi ex alia iniuria sit actum, tunc enim proposita exceptio non iuuaret, nisi vtraque iniuria simul sit facta, l. prætor edixit, §. si mihi ff. eodem. Tertio intellige, nisi cum pater antea filij nomine egisset, nunc suo nomine agat vel ècontra l. pater ff. eodem. Præterea excusatur si patronus liberto iniuriam fecerit, l. non solum, §. quamquam ff. eodem l. 2. ff. de obsequ. à liber. Nisi alius per liberum iniuria à patrono affectum, iniuria afficiatur, huic enim actio deneganda non est, d. § quamquam, ibi, ergo autem. Item nisi atrox, iniuria à patrono liberto sit facta l. prætor edixit, §. præterea ff. de iniur. l. 10. §. prætor ait, in fin. ff. de in ius vocan. l. 6. C. de iniur. Vltimo excusatur si iniuria remissa sit, l. non solum, §. 1. ibi proinde, l. sed si vnius, §. sicum ante ff. de iniur. Nisi tamè alius quam actor iniuriam remisit, tunc enim ipso iure non excusatur. Nisi cum filio iniuria facta esset pater eam remiserit, d. l. sed si vnius §. filiofamilias, & ibi Bart. numer. 2. Potest enim pater facere remissionem pro iniuria facta filio, & est communis conclusio, Boer. decis. 120. num. 1. & sequ. Placza lib. 1. delict. cap. 6 post num 21. & ita in facti contingentia iudicauit Curia Tholos. teste Auser decis. 261. Et hoc intelligas, nisi pater, vilis sit persona & abiecta filius vero, honesta, vel emancipatus d. § filiofamilias, ibi, interdum tamen.

DE DEFENSIONIBVS REORVM.

CAPVT V.

SVMMARIVM.

1 *Pœna legis Iuliæ locum habet, quamuis seruus commiserit. Item quamuis minor ætate, &c.*

2 *Item quamuis Iudæus qui cum Christiana, &c. & quid si cum meretrice Christiana.*

3 *Pœna legis Iuliæ non habet locum inter seruos.*

4 *Vel si mulier in eodem matrimonio perseueraueritvel vim passa sit.*

5 *Item si quinquennium præterierit.*

6 *Sodomiæ pœna an habeat locū si effectus non est &c.*

7 *Concubinatus pœna de iure cōmuni & canonico &c.*

8 *Pœna legis Iuliæ an habeat locum, si semel accusatio &c.*

9 *Absoluto adultero, & adultera absoluta est.*

10 *Sed non ècontra.*

1 PVniuntur pœnâ etiam stupratores, & adulteri pœna mortis naturalis, vt infra dicam in secund. par. quam-

Digitized by Google

quamuis seruus adulterum, vel stuprum commiserit l. seruos C. de accu. sat. l 26 §. fin. C. ad leg. Iul. de adult. Item quamuis minor annis adulteriũ, vel stuprum commiserit, l. si minor ff. eodem leg. 37. §. fin. ff. de minor. leg. si adulterium cum incestu, §. fratres, & ff. ad leg. Iul. de adult. Item quamuis is adulterium commiserit, qui in honore ministratione publico, sit, dict. leg si adulterium cum incestu, §. fin. Item quamuis inter accusatorem & reum conuentum fuerit, ne accusecur, leg. 10. Cod. leg. Iul. de adult. leg. 18. Cod. de transact. Item quamuis Iudæus sit qui adulterium commiserit vel stuprum vt in casu Iason conf. 22. lib. 1. Non enim debent esse melioris conditionis Iudæi quam Christiani. Plane si fornicatus fuerit Iudæus cum aliqua meretrice Christiana non tenetur pœna mortis, sed alia mitiore, & est communis opinio Boer. decis. 316. numero 5. Mantua centuria prima, nu. 30. arbitrio iudicis citra mortem & dicit Oldrad. conf. suo vltimo, quòd in facti contingentia vidit iudicatum, quòd cuidam Iudæo qui cognouerat quandam mulierem Christianam, fuerunt ei virilia amputata, & illa se vidisse ante Palatium, quem refert domin. Clar. in §. fornicatio, num. 16. vbi ipse refert quendam Iudæum fuisse per decennium transmissum ad regias triremes, qui mulierem Christianam cognouerat. Limita autem supradictam pœnam legis Iuliæ de adulterijs non habere locum si inter seruos & cum ancilla stuprum vel adulterium sit commissum, inter liberas enim personas tantum adulterium stuprumue passas lex Iulia locum habet, leg. inter liberas, ff. de adulter. & leg. si stuprum, ff. de iniur. Item limita, si cum meretrice aut alia muliere ignominiosa, stuprum sit commissum, leg. eaque si adulterium, Cod. de adulter. Cæterum si mulier nupta sit, licet ignominiosa accusatio competit, leg. si vxor, §. sed & in ea, ff eod. Item limita, non habere locum, si mulier adultera in eodem matrimonio perseueraverit, leg. miles, §. volenti, leg. constante, ff. eod. leg. 11. Cod. eod. hoc enim casu lex Iulia non habet locum, nisi maritus de lænocinio sit accusatus & conuictus, vt in dict. leg. constante, cui concor. text. in leg. si quis adulterium, § si quis, ff. de adult. Item nisi non in eo matrimonio in quo nunc est, sed in alio adulterium sit commissum, l. nuptam, ff. eod. Item si per vim stuprum vel adulterium sit factum, l. si vxor, §. si quis plane, l. vim passam, ff. eod Item limita hâc pœnam non habere locum, si quinquennium à die commissi criminis præterierit, l. adulter, C. eod. leg. 28. §. præter quinquennij, eod & hoc non solum si quis adulterium vel stuprum commiserit, sed quòd domum suam causa stupri præbuerit vel ob aliam similem causam, dict. leg mariti, §. hoc quinquennium. Nisi tamen per vim stuprum, aut adulterium quis fecisse dicatur. Eum enim qui per vim stuprum intulerit, vel mari vel fœminæ, sine præfinitione huius temporis accusari posse, dubium non est dicit text. in dict. leg. mariti, §. fin. Item nisi adulterium cum incestu admissum dicatur, quia non excluditur præscriptione quinquennij huius leg. vim passam, §. præscriptione, ff. eodem Præterea limita stupri pœna cum puero commissi non habere locum si effectus non sit executus. Et ideo si quis actum non consumasset, quia scilicet ipsas partes pudendas membrum non imposuisset, sed tantum extra eas se polluisset, non debet puniri pœna mortis, sed alia extra-

Digitized by Google

extraordinaria, secus autem si membrum imposuisset, licet intus semen non emisisset, & ita se vidisse quod fuit determinatum per magnos Doct. refert, Afflict. super 3. par. const. Reg. Rub. 42. in prin. & post nu. 15. & ita in facti cõtingentia fuisse iudicatum per senatum illius loci refert domin. Clar. in § sodomia, nu. 3. vbi fuit tan-
7 tummodo virgis casus, quidam Ioseph Caualia, sed an concubinatus meretur pœnam, dicas quod non de iure ciuili, & ita videmus seruari de cõsuetudine, sed bene de iure canonico, per quod laicus tenens concubinam punitur arbitrio iudicis, & clericus priuatur beneficio, & tenetur ad restitutionem fructuum præceptarum, & est communis opinio, vt dicit Bellon. consil. 56. nu. 3. prout illum refert Villalob. in sua collecta commu. opin. in litera C. nu. 85. & videas Gram. vot. 4. quæ requiruntur ad hoc vt dicatur concubinatus, quæ si non concurrunt tenetur ad pœnam stupri tenens mulie-
8 rem. Vltimo limita pœnam legis Iuliæ non habere locum, si accusatio semel in iudicio deducta fuerit, & reus absolutus vel accusatio fuerit deserta, de his enim criminibus de quibus quis semel fuit absolutus, non potest accusatio replicari vulgatis iuribus. Quod intellige, nisi extraneo accusante absoluta sit mulier, tunc enim permittitur marito accusationem restaurare, si idoneas causas, &c. l. 4. § si ff. de adu. Item nisi ij, qui de adulterio accusati fuerunt, & absoluti postea matrimonium contraxerint, vel turpiter con-
uersati fuerint, vt in Auth. vt nulli iudic. § si quis autem de adult. facit tex. in l. qui adulterij C. de adult. Tertio nisi in prima accusatione vterque insimul, & adulter & adultera fuerit ac-
9 cusatis, l. si maritus, § fi. ff. eod. Vnum tamen scias in hac materia quod si adulter fuerit absolutus, mulier per eũ vincer, l. denunciasse, §. expectabit igitur, concor. l. 2. ff. de adul. & hoc quamuis mulier ab alio accusetur non ab eod. l. adulter, §. nupta, ff. eod. tit. Item quamuis per collusionem fuerit absolutus vt in d. §. nupta, ibi, proinde, si tamen mulier tunc temporis erat nupta secus autem si non nupta, tunc enim exceptio rei iudic. illi non datur, ita dicit tex. in l. adulter, § 1. & §. fi. ff. de
10 adult. Quin econtra si adulter fuerit condemnatus, num & ipso mulier sit condemnata? Respon. quod non, sed mulier aget causam suam, fortassis & obtinere vel gratia, vel iniustia vel lege auxilio poterit. Quid enim si adulter inimicitijs oppressus est, vel falsis argumentis, testibusque subornatis, apud præsidem grauatus, qui aut noluit, aut non potuit prouocare mulier vero iudicem religiosum sort ita, pudicitiam suam defendat? vt dicit text. in leg. denunciasse, §. fi. ff. ad leg. Iul. de adult. Plane hæ omnes limitationes videntur in irritum incidisse, exceptis tribus, de quibus notatur in leg. ita nobis, Cod. eod. quod satis durum videtur & præsertim in ea muliere, quæ vim stuprum vel adulterium passa est, quæ (vt dixi) à pœna excusatur, cogita.

INSI-

Digitized by Google

IN SIGNE CRIMINALE CONSILIVM

Innocentij Vitalis Iurisconsulti præclarissimi, ac in almo Neapolitano Gymnasio professoris celeberrimi.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam. Qui sicut Euathenus Atheniensis primam causam contra Pythagoram in iudicio defendendam propriam suspicio, rogo Excellentias vestras vt exemplo Alex. Maced. Regis mihi aures præstent, qui cum in casus capitalibus ius diceret orante accusatore altera manu aurem solebat occludere, vt ipsa reo omnis expers calumniæ conseruaretur. Viso processu & inquisitione formata videor non esse absoluendus. Quod suadetur ex his quæ sequuntur.

SVMMARIVM.

1 *Fama an faciat indicium nu. 1. & nu. 21.*
2 *An fuga nu. 2. & nu. 22.*
3 *An contumacia, numero, 3. & num. 23.*
4 *An præsentia in delicto, nu. 4. & num. 24.*
5 *An non solitus accedere in loco delicti &c. num. 5. & numero 25.*
6 *An infamis & leuis persona, &c. nu. 6. & nu. 26.*
7 *An non prohibens delictum committi &c. num. 7. & numero 27.*
8 *Si delicta non puniuntur, datur materia delinquendi, numero 8.*
9 *Constare debet de delicto ad hoc vt procedi possit, num. 9.*
10 *In ore duorum vel trium stet omne verbum, num. 10.*

ET primo quia de hoc est publica vox & fama, quæ videtur facere plenam fidem, leg. 3. §. eiusdem, ff. de testibus fama enim publica licet & ipsa facit ius, & pro veritate habetur, §. sed cum aliquis, Insti. de testam. leg. Barbarius, ff de offic. prætor. maxime, cum fuerim de proximo in loco criminis, vnde licet delictum non esset plene probatum, sufficit tamen publica vox & fama in loco, ita Hippolit. in cons. 3. num. 7. & cons. 31. numero 4. idem in leg. de minore, §. si plurium, ff. de quæst. mouetur per ea quæ notantur in l. si tutor. C. de perico. tuto. & in l. 1. in fin. vbi Bart. ff. de recep. arbi. Non enim falsum est quod ab vniuersis dicitur, vt in primo Ethi. Bal. in l. quicunque, num. 2. C. de seru. fugit. Vox enim populi vox Dei est inquit prouerb. Ex voce publica, & fa

ma

Digitized by Google

ma in loco ſententia præſumitur. Alex. conſil. 36. incip. Dixit lib. 2. col. Late. Deci. in l. ſi cum vel in vtero, nu. 2. C. de teſtam. milit. vel ſtatim deberet facere indicium ad torturam, dicto §. ſi plurium, per Gram. conſil. 17. numero 10. & conſil. 57. num. 10. maxime cum 2 alijs vt per Afflict. in conſtit. Reg. Si damna, 47. Et probare ad minus ſemiplene, cap. veniens, vbi notatur extra de teſtam. vbi etiam Deciſ num. 12. habetur per gloſ. in d. l. 3. eiuſdem, ff. de teſtib. & in cap. 1. verb. ferrea, extra de appell. habetur per Salic. in l. fin. in 4. Apoſtil. ff. de quæſt. Quæ enim in ciuilibus facinnt ſemiplenam probationem, in criminalibus faciunt indicium ad torturam, vt per Hippol. conſil. 60. nu. 8. & conſ. 65. nu 37. & conſil 101. nu. 35. habetur per Alex. in l. ſi. 14. Apoſtill. ff. de quæſt. per Gram. conſ. 21. nu. 13. Sunt etiam teſtes qui dicũt hoc ſa audiuiſſe ab occiſo, qui in mortis articulo non præſumitur mentiri, ita Bal. in conſil. 25. incip. caſu lib. ſuper quo facit l. 1. in gloſ. ſi. C. de falſa cau. habetur late per Gram. in deciſ. 42. num. 7. & ſeq. & deciſ. 56. num. 12. & ſeq. idem conſi. 1. num. 74 & 75. quòd conſilium habetur impreſſum in præalleg. deciſ. late. Hippol. in ſua practica, in §. reſtat, in prin. & in Rub. de fideiuſſ. num. 43. ex quo inducitur indicium ad torturam, vt per Roman. & Ang. in l. ſi quis in graui, §. ſi quis moriens, ff ad Syllan.

Et ſecundum hãc opinionem quòd ſcilicet fama publica faciat indicium ad torturam, fuit etiam opinio Ioan. Andr. ad Specu. in tit. de noto. crimi. §. fama, in verb. veniens, circa fin. relati, per Pari. de Sindic. fol. 446. cap. 11. num. 2. per Marſil. in alleg. §. plurium, nu 30. & conſil. 72. nu. 16. vbi dicunt quod ita de conſuetudine ſeruatur, prout etiam ſe vidiſſe per Aſſeſſores aliquando ſeruari, refert Gandi. de malefic. in tit. de quæſt. nu. 39. relatus per Aug. ad Ang. de maleſic. in verb. fama publica, poſt nu. 41. per Carauit. ſuper rit. 41. mag. cur. nu. 8. per Brun. de indic. fol. 41. num. 32. Quod non eſt admittendum, ſine alijs adminiculis, vt dixi ſupra in cap. 11.

Secundò ſuadetur Tart. ex fuga in continenti ſecuta quæ etiam facit indicium ad torturam, vt per Doct. in l. Cornelia, §. fin. ff. ad Sylla. per Ang. in tract. malefic. in verb. fama publica in 6. car. Felin. in cap. nullus, extra de præſump. num. 6. per Hippol. in rub. de proba. nu. 121. per Iaſ in rep. l. admouendi, nu. 169. & habetur per Carer. late in ſua practica in repet. l. obſeruare, nu. 112. maxime quando quis aufugit infra. paucos dies poſt cõmiſſum delictum ante accuſationem, vt in caſu noſtro prætenditur nam præſumitur in fraudem commiſſa cap. conſuluit, extra de offic. deleg. & in cap. Reg. poſt comiſſum vbi latiſſime moderni. Dec. conſil. 234 nu. 3. in effectu Hippol. in d. rub. nu. 256. idem in ſua practica, in §. diligenter, nu. 4. & 45. & in ſingul. ſuo 115. & 497. latiſſime Iaſ. in loc. præalleg. Reſultat enim ex fuga ſemiplena probatio, vt per Grã. deciſ. 11, num. 13. ſeu indicium ſufficiens ad torturam, vt per Iaſ. in d. leg. admouendi, nu. 88. Nullum enim peccatum eſt adeo paruum quòd maius non fiat propter contemptum, §. hic confide, in Auth. vt omnes obedia Fugiendo enim videor mandatum prætoris contemnere, argu. l. de ætate, §. qui tacuit: ff. de interrog. actio omnis enim qui non obedierit Principi, morte mori debet, &c. extra de maior. & obed. Ex quo nõ comparendo peccat in duobus in nõ parendo, & non comparẽdo, vt per Abb. in cap. 1. extra de iudi. vbi etiam Dec. Conſcientia enim Læſa facit hominem timidum, & fugitiuum, quia qui male agit odit lucem, vt habetur Ioan. c. 2. & in c. conſuluit extra de offic. deleg. c. pernicioſa, 18. q. 2.

Digitized by Google

q.2.& facit tex.in §.1.Instit.de oblig. quæ ex delict.facit etiam ipsum suspectum §.si vero quidam,in auth. de exhib.lib.& vt pro confesso damnetur l. si apparitor C.de cohor.lib.11.l.fi in liberum ff.de bon.liber. & c.decernimus 3.q.9.Eo enim ipso quod quis nō vult comparere censetur de causa diffidere vt in d.cap.nullus,extra de prę sumpt.per Gram.decis.103.nu.4. per Affict.in decis.13.Cætera ponit idem Affl.in Const.Reg.vniuersos nu.8.

Adde quòd fuga tribus modis opponitur contra delinquentem primo, vt crimen. Et pone exemplum in milite à bello aufugiēte & signa deserente. Quo casu fuga probata potest ex ipsa condemnari, & ita omnes tenere refert Brun.de indic.fol.26. nu.7. Secundo opponitur fuga tanquam indicium, vt in casu domini præceptoris, & tunc an faciat indicium dixi supra in d.cap.11.Plane scias hoc casu quod quādo ille qui aufugit postea citatus sponte comparet,tunc illa fuga nullū facit indicium,neque etiā leue,vt singulariter voluit Bart. in l.quid sit fugitiuus §.1.ff.de edil.edic.quē omnes sequuntur Io.de Amic.cons.7. nu.19. & est communis opinio,idem Io.de Amicis cons.85. num.8. Tertio modo opponitur fuga delinquenti vt habeatur pro confesso. Et pone exemplum in reo carcerato, à carceribus aufugiente,quo casu videtur fateri delictū de quo imputatur adeo quod facit plenam probationem (& sic potest ex ea damnari)& ita cōiter tenetur, Rip.in l.admonēdi n.170.ff.de iureiur.Duen. in reg.399. limit.2. alleg. Cat.Sac.in d.l.admonendi nu. 81. talis.n.habetur pro confesso,& conuicto l in eos ff.de custod.reor.secundum comm. senten. Doct.vt dicit Boer.decis.211.nu.9.

Nisi tamen carceratus fuisset illegitime detētus,quo casu non punitur nec habetur pro confesso. Et hæc est communis Theorica Doctor.Roland. cons.7.num 47.lib.1.quia potest licite aufugere, & ita communiter receptum esse,dicit Couar. lib. 1. resolut. cap.2.num.11 relatus per Duen.reg. 393.in 4.limit.vel nisi non aufugisset à carceribus publicis, sed priuatis, Boer.in d.decis.115. num. 13. relatus per Viuius lib.1.commun. opin. in verb.fugiens à carcere,vel nisi vincula carceratus non rupisset, sed quia inuenerit portam apertam, carceratus aufugit,negligentia custodis,tunc enim non debet capite puniri Ang.in l.1.ff.de effrac. Vel nisi carceratus statim ad ipsos carceres reuertatur,quia tunc tanquam fugitiuus non est damnandus idem Boer.quo sup. nu.18. & 19.Sed grauius torquēdus Gram.vot. 37. Tartag.

3 Tertio quia prætenditur me esse contumacem & bannitum,quæ faciūt hominem haberi pro confesso vt in Const.Reg.pœnam, habetur per Bart. in l.penul.ff.de quæstio.per Hipp.late cons.49 nu.9.per cæteros in l 2. §.diuus ff.de iur.fis.per Dec.l.si is,qui nu. 18.C.qui testa.face.poss.Quia tolerātia cum taciturnitate inducit consensum,§.sed & Instit. quib.mod ius patr.potestā.solu.& l.qui patitur, ff mādat. Appellatur etiam contumacia ficta probando,vt per Nell in tract.bannit. in 1. par. primi temporis 1.q.vlt. col.per Ang.in tract. de malef.in ver. qui iudex,vers.quærit,& per Hipp. in l.1.nu.129.C.de rapt.virg. Item dicitur contumacia fictum delictum, vt per Bal.in l.si filio,la 2.ff.solut. matr. Hipp.in sua pract §.postquam nu.51. & seq & in l.de vno quoque,num.10. ff.de re iud.facit text.in l. omne delictum §. contumaciam ff. de re milit. Item interpretatur quod vtilius est aduersario & deterius contumaci l.quādiu l.vltima,vbi Bart. ff de acqu.hær. nu.5.mouetur per text. in d §. qui tacuit. Item contumax præsumitur in dolo l.minor la 1.in princ.vbi Bart.ff.

de

Digitized by Google

de minor. Iaſ. in l. 2. num & ſeq. ff. de in lit. iuran. Et in peccato mortali Abb. in cap. 1. de iud. 1. nu 10. Hippol. in d. l. de vno, num. 86. Et infidelis c. ſi quis, 81. diſtin. late Iaſ. in l. ſancimus, num. 30. C. de iud. Nec præſumitur habere iuſtam cauſam Bald in d. l. ſancimus, per illum text. latiſſime per Maran. de hac materia, in 6. quæſt. princ. in 2. membro, de contum. per tot. per Iaſ. in l. 1. §. fin per totum, ff. ſi quis ius dicen. Item in contumacia perſiſtentibus ſeueros non eſſe conuenit, cap. quanto, 2. q. 4. Item accuſatus vel inquiſitus, qui ex quo nō comparuit fuit bannitus ſi poſtea comparet & vult purgare contumaciam, poterit ſine in dicijs torqueri, propter præcedentem contumaciam, ita Bal. in l. 1. nu. 13. C. de hæred. inſti. vbi etiam Nicol. Mattarell. Brun. in tract. de indit. colo. 35. Hippol conſil. 117. num. 50 in d. §. dili genter, num. 136. idem in fing. 117. & in l. penul. in fin. ff. de quæſt. Alciat. de præſumpt. regul. 3. cap. 22. Blan. in d. l. fin. nu. 293. Carer. late in d. repet. l. ob ſeruare, nu. 6. & 116. latiſſimè Gram. in deciſ. 11. num 15. & deciſ. 14. num. 50. aliquid per eundem conſil. 32. nu. 8. maxime leuiter, quia leuis tortura non dicitur tortura, ita Bal. in l. 2 nu. 4. C. quor. appell. Hippol. in l. repeti, num. 5. ff de queſt. in l. furem, num. 17. ff. de ſiccar. Gram. in deciſ. 11. num. 15 & 34. nu. 56. Verofienſis in l. 1. §. ſcien dum, numero 50. ff. de ædil. edic. An autem ſola contumacia ſine alijs inditijs faciat indicium ad torturam, vide ea quæ congreſſit Marche. in ſua addit. in d. ca. 11. & quæ faciant inditium ad torturam videas omnino quæ ibidem ante eum cumulaui. Tartag.

Quarto ex quo præteditur me eſſe ſtudentem potentem, ergo nō poſſum aufugere, cum propter præſentiam meam licet nihil fecerim delinquentes cum eſſent ſtudentes, ſunt effecti audaciores & aduerſarij timidiores. ita Innoc. in cap. continentiam, de cleric. percuſſ. aliquid per Dec. in cap. quia quæſitum, extra de offic. de leg. per Bal in l. non ideo, num. 3. C. de accuſ. Hipp. late in §. conſtante, num. 58. in l. ſi in rixa num. 45. ff. de ſiccar. & in leg. 1. num. 181. & ſeq. C. de rap. virg. iuxta illud vrget præſētia Turni, quod qualitercunq; ſit debeo teneri de auxilio, vt per Bal. in Marga. in ver. Fauor veronenſis, Carer. in d pract. §. homicidium, el ſecundo, nu. 9. vt in leg. 1. §. potuiſſe, ff. ad Syll. per Afflict. in conſt Reg. quicūque & per Carer. in loc. præalleg. num. 13. vbi etiam ponit de perſuadente. Idem ſi habuiſſem enſem, licet non extraxerim, vt per Hippol. conſil. 39. num. 48. & in conſ. 43. num. 44. per Iaſ. in §. ex maleficijs nu. 79. & ſeq. Inſti. de actio. Aret. in §. recuper. nu. 6. vbi glo. Inſtit. de interdict. Terror enim armorum ſufficit dicunt, prædict. late in reper. Feli. in ver. ſpem in duobus locis, in habentibus enim ſimbolum, facilis eſt tranſitus, l. ſed cum patrono, ff. de bon. poſſ. l. in rem, §. ſed & quæcunque, ff. de rei ven dic. Pares enim cum paribus, veteri prouerbio facile congregantur, dicit Cicero, Eo magis quia prætenditur me illuc miſiſſe enſes, vnde animus maleuolus præſumitur vt per Doct. in l. 1. ff. de iur. publi. Blan. in d. l. fin. nu: 79. & ſeq. Aimon. conſil. 314. nume. 3. licet ita per ciuitatem portari poſſint vt per Afflict. in conſtit. Reg. intentionis, numero 10. per Socci. fall. 48. in 3. limit. & per Alex. ad Bar. in l. 2. ff. de vi publ. eaſque diuiſiſſe percuſſoribus, vnde deberet, ſequi pœna mortis, l. 3 §. item is, ff. de ſiccar. Latiſſime Carer in dicto §. homicidium, lo ſecondo nume. 80. quòd non potuit eſſe niſi communicato conſilio, vnde debeo teneri ſimili pœna licet non vulneraſſem, vel aliquid non feciſſem, vt per Bart. & Hippol. late in d. l. ſi in rixa, per cæteros in d. leg. item mela, §. ſi

plures

Digitized by Google

plures, ff. ad leg. Aquil. Carer in dict. §. homicidium, nu. 44. 49. 54. nam agentes & consentientes pari pœna puniſtur, leg. iubemus, la ſeconda §. Economus, C. de ſacroſan. eccl. l. ſi quemquã C. de epiſco. & cleri. l quiſquis, C. ad leg. Iul. maieſt. & c quanto, de ſent. ex commu. & ſi vnus tenet, & alter occidat, tenens dicitur præſtare cauſam homicidio, d. l. item mela, §. ſi alius teneat, Carer. in d. §. homicidium, lo ſecohdo, num. 7. & in § homidium, lo primo, num. 87. Et Bonifac. in reb. de inſultu idem ſi aliquem quis admenauerit ne ipſe ſuccurrat. cap. ſi quis viduam, vbi not. 5. diſtin. c de cætero extra de homicid. & ſic eadem pœna, vt l. nihil ff. de ſicca. & habetur per Soccin. in conſil. 118. viſa bulla.

Adde quòd illud dictum Innocentij in alleg cap. continentiam, ſequuntur communiter vbiq; Legiſtæ & Canoniſtæ, teſte Alex. conſil. 238. num. 4. lib. 6. licet Ioan. de Amicis conſ. 53. & Riminal. conſ. 13 dicant quòd aſſiſtẽs homicidio non debeat puniri, niſi appareat quòd id fecerit, ex propoſito cuius contrarium in facti contingentia fuit ſeruatum per ſacrum Regium cõſilium, vt per Gram. vot. 21. qui fuit extraordinariè punitus. Beneuerum eſt quòd ſemper quòd apparet etquod aliquis aſtitiſſet animo rixantes diuidendi, non eſſet aliquo modo puniendus, ſecuto homicidio, & pone exemplum in caſu Mantuæ conſ. 281. lib. 1. Tartag.

5 Quinto prætenditur me non eſſe ſolitum illuc accedere, & ſtatim quòd acceſſi lis fuit incepta, & fui viſus cũ armis, vnde debet præſumi omne malum, per Cæpol. conſil. 32. & 39. per Alex. conſil. 15. primo vol. per Nouel. §. ſecundo, nu. 10. Et ſugere cum alijs in quiſitis quæ ſunt mala indicia, arg. 1. fin. C. ſi mancip. ita fuer. vend. tangit Bar. in d. l. fin. ff. de quæſt. & Hipp. in d. §. conſtante nu. 11. & 51. Et quod eram ſolutus legere, & ex abrupto tuus deſtiti, & non fui viſus redire domum, & omnia bona mea fuerunt traſportata ex domo, quæ poſtea ſemper ſtetit clauſa nec fui viſus deambulare per hanc ciuitatem prout eram ſolitus, & inſurrexit fama quòd me abſentaueram, Inſolita enim ſunt ſuſpecta, & inde præſumitur præſumptio fraudis, cap. quam graui, extra de crimi. ſal. not. in l. ſi quis ſub conditione, in gloſ. 1 ff. de condi. inſt. in l. cum allegas, C de vſur. in cap. ſignificauit, in verb. interdixit, de cenſib. per Laſ. in l. 1. §. 1. nu. 4. ff. ſi quis ius dicen. &c. per Bal. in cap. tertio loco, de probat. Hippol late in l. de minore, num. 13. ff de quæſt. Gerar. ſing. 77. per Hip. in rub. de prob. nu. 6. per Dec. in conſ. 189. nume. 13. & conſ. 199 num. 8. per Blan. in d. l. ſi num. 70. ex multis enim indicijs reſultat plena probatio quãdo aliter veritas haberi non poteſt, vt per Bal. in l. excipiuntur, ff. ad Sylla. Hippol. conſ. 3. nu. 4. & conſ. 7. nu. 35. etiam ad condemnandum impuberes, Hip. in d. l reperi, nu. 22. probatio. quæ ſit per præſumptiones dicitur liquidiſſima & euidens, l licet, vbi Bar. & cæteri, ff de leg. 1. cap. afferte, extra de præſump. per Hippol. in rub. de probat. nu. 16. per Dec. & cæteros in l. 1. ff. ſi cert. pet. laſ. in l. nõ hoc, nu. 15 C. vnde legi. Hippo. in d. §. expedita, num. 81. & in d. rub nu. 202. & 313.

6 Sexto nam propter aſſertam contumaciam prætenditur me fuiſſe bannitum & bannitus eſt infamis ſaltem de facto, l. fin. in fin. C. de requir. reis, & conſtit. Reg. cordi, habetur per Iſer. in conſtit. Reg. clementiæ, in fi. & in conſtit. Reg. Grandis, in princ. per Salic. in l. ea quidem, C. de accuſa. per Maran. in 6. q. princ. in ſecundo capit. de contum. nu. 30. Capic. in deciſ 131. in. 7. Vnde concurrente perſonæ leuitate ſine dubio poteſt deueniri ad tortura, vt per eundem Iſer. in conſtit. Reg. Si dam-

Digitized by Google

damna, in ver. leuium personarum, vbi etiam per afflict. num. 3. per Grā. in decis. 28. num. 17. per Modernos in cap. Reg. Tormenta, nume. 16. & facit aliud cap. Reg. incip. Tormentis, Homicida etiam dicitur infamis vt per Bal. in l. decuriones, numero 3. C. ex quibus cau. infa. irrog. Habetur per Ioan. de Anan. in cap. superfodiens, in tertia col. extra de homicid. & hoc etiam si occidit bannitum, vt per Hippol. consil. 9. num. 38. idem in l. prima num. 73. ff de siccar. licet aliter non puniatur nisi ex odio particulari hoc fecerit, vt per Hipp. consi. 11. numero 4 & per & Apen. in le. penul. column. penult. C. de deserto, libr. 12. Arnon. soliloque 40. idem in Caut. quinta, & sing. 71. Gerar sing. 14. in prin. & circa medium Felin. in c quę in ecclesiarum, numero 12. extra de cōstit. idem in cap. superfodiens, numero secundo de homicid. & in repert. eius in verb. bannitus, vbi late. Dicitur etiam homicida leuis persona, adeo quòd in facti graui nō potest recipi in testem, ita Bal. in authen. si testis, numero 6. C. de testa Gram consil 62. numero 2. latiss Hippol in l. 1. 1. num. 57. 12. limita, ff de siccar. & in sing. 119. sicut & contuma. vt per Marant. vbi supr. maxime cum in casu nostro fuerint turbata diuina ministeria, vnde quod licet nobilis sit ammittit nobilitatē, & efficitur infamis, cap. Adam, 40. dist. cap 1 de purg. canon. & habetur per Afflict in constit Reg. multæ leges in fine. Imò & carcerati pro delictis capitalibus censētur infames sicuti etiā relegati, l cognitionum, §. 1. ff. de ver. & extraord. cogn. habetur per Socci. in l. si fuerit, in princ. ff. de reb dubijs, sunt enim multi qui ambulant in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt Lupi rapaces, vt not. in leg. illicitas, in versic. concutiendas, ff de offic. præsid. eo magis quia comparui post septimum mensem, quo casu crescendo contumacia debēt crescere delictum, leg. relegati, ff de pæn. l. 3. C. de pat. pote. cap. at si, & cap. cum non ab homine, de iudic. & habetur per Afflict. in const. Reg. Asperitatem, num. 8. Item in contumacia persistentibus nos seueros esse conuenit, d. cap. quanto, 2. q. 4. quod modificatur per l. qui diutino, ff. de pæn. habetur per Raphael, in l. 1. C. de precib. Imper. per Sylu. lib. 1. numero 114. aliquid per Afflict. decis. 283. in princ. Gram. decis. 11. in princ. & per eundem cons 39. in prin. contra quod insurgit Alciat. parerg: 11: cap. 10.

7 Septimo ex quo potui prohibere, saltem ne delinqueretur, & non prohibui, vnde non careo scrupulo societatis occultæ & tanquam particeps criminis debeo teneri, cap. negligere, 2 q 7 cap error, 83. distin l. qui ergo, §. si quid alieno, & ibi not. ff. de his q notan infa. facit, leg culpa caret, ff. de reg iur. per Gandi. Car. 18. numero 24 & per Gram. cons. 22. numero 60. imo censeor occidisse, l. 2. ff. de noxalib. & habetur etiam apud Ciceron lib. 1. offic. qui alterum non defendit si potest tam in vitio, est quam si patriam aut parentes deferat, idem habetur per Alex. in cons: 119: viso processu, num: 4. lib 7. & per Hippol. in §. quoniam nume. 79 Quod enim factum est scienter iudice, dicitur factum cum eius conscientia, vt per Bal. in l. omnium, C. de testa. per Afflict. in const. si quis imposterum, numero 54. Non solum enim committitur committendo, sed etiam omittendo, l. sancimus, vbi etiā Ang. & Pau. de Cast. de iud. l. mancipia, vbi per glos & Docto. C. de seru. fugit. latiss. Ias. in l. si mora, numero 23. vsque ad 26 ff. solu. matr. aliquid per glo. in l. 2. ff. ad Sylla. & in l. vtrū, ff. de patric. licet, argumentum non procedat de delicto in committendo ad delictum in omittendo vt per Arnō. in sua topic. cap. 15 Bar. in l. quod

Ner-

Digitized by Google

Nerua, num. 29. ff. depoſit. Nec ſufficit abſtinere à malo niſi fiat quod bonum eſt c. de forma, 22. q. 5. c. 1. de ſor. fid. c. non ſatis, 86. diſtin. & qui non eſt mecum contra me eſt, l. Cælicolarum, C. de iudæ. & debet fieri quod factum prodeſt ſeu releuat, arg. l. hæc ſtipulatio, §. diuus, ff. vt l. nom. cauea. teneor etiam facere quod tibi prodeſt, & mihi nõ nocet, l. in creditore, ff. de euict. & l. 2. vbi latiſſ. Docto. ff. ſol matr. Homo enim debet prodeſſe homini, l. ſeruus ea lege, ff. de ſer. expor. l. 1. §. penul. ff. de peric. & commo rei vendic. quia natura internos quandam cognationem cõſtituit, l vt. vim, cum ſimilib ff. de iuſti. & iur. maxime præcedente tanta amicitia cum occiſo, vt dicã infra pro parte affirmatiua, ſuadetur, & ex dicta conſt. Reg quicunq; vbi puniuntur non adiuuantes mulierem clamanté ſuccurrite, ſuccurrite, ad quod facit, l. 1. §. potuiſſet, ff. ad Sylla.

Octauo ſi abſoluerer delicta remanerent impunita, l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil l. ſi lõgius, §. 1. ff. de iudic. l. ſi operis, C. de pæn l. ſi à reo, §. fin. ff de fideiuſ. Bartol. in l. prima, §. exercitus, ff. de infamib. Etiam ſi legitimæ probationes deficiant, cum omni enim diligẽtia debent inueniri, & inuenta puniri, l. congruit, ff. de offic. præſid. Quãdo. n. enormia delicta non puniuntur, publica lætitia turbatur, l. nemo, vbi etiam Bal. in 3. not. C. de epiſc. aud. Intereſt enim reipublicæ vt ipſa malis hominibus purgetur d. l. congruit. Et ſanguis interfectorum quotidie clamat vindictã in cælis, vt leg. c. 6. Apocalip. & habetur per Gram. conſ. 4. & per Apen. in l. nemo ſecunda col. de re milit. C. Quando etiam creatura interficit creaturam omnes virtutes cælorum clamant ad diuinam maieſtatem Domine, domine ſeruus tuus vult eſſe tibi ſimilis, & Dominus reſpõdit ipſe interfecit, & interficietur, vt per Philoſoph in tit. de reg. Prĩcipi, c. de Reg inſtit. vt habetur per Afflict. deciſ. 398 nume. 7. Nono hoc homicidium quod ante omnia factum conſtare debet vt poſſit procedi, l. 1. §. item illud, ff. ad Sylla. l. inde Nerat. in fin. ff. ad legem Aquil. Alex. conſ. 53. viſo Themate 2. vol. Aimon. conſ. 260. in princ. melius idem in conſ. 244. in princ. Iaſ. in l. error. nu. 14. C. de iur. & facti ignor. Hippol. in l. 1. num. 3. ff. de quæſt. late Aret. in §. quadrupli, num 3. Inſtit. de act. o. per Maran. car. 45. nu. 17. Socci. conſ. 157. num. 12 2. vol. Item quia prætenditur factum ante Cappellam crucifixi, vbi eſt deuotio vltra alia concurrit etiam ſacrilegium, l. ſi quis hoc genus, C. de epiſcop. & cleric. & l. ſacrilegij, ff. ad l. Iul. pecul facit l. ſi adulterium cum inceſtu, ff. de adulterijs, & c. cum cauſam, extra de probationibus latiſſime Afflict. in conſtitutione Regni multæ ll. Itẽ interruptio prædicatoris, qui erat in magna veneratione. Item in tempore quadrageſimæ, armorumque portatio accerrimi banni, vnde ſuccedit regula, cap. eum cauſam, extra de probat. & in enormioribus licet tranſgredi iura vt habetur per Innocent. in cap. 1. de conſtit. per Gram. in deciſ. 36. numero 6. per Bal. in leg. quid ergo, §. pæna grauior ff. de his qui notan. infam. per Hippol. in d §. diligenter, numer. 159. & in l. 1. nume. 23. & in l. vnius, §. cogniturum, ff. de quæſtio. idem in l. 1. numer. 61. ff. de ſiccar. Item propter enormitatem delicti proceditur ordine iuris non ſeruato Parſ de Syndic. in car. 51. 2. col. per Bar. in l. non ſolum, §. ſi mandato, ff. de iniur. Imò tunc ex proceſſu informatiuo poſſet inferri tortura, Afflict. deciſion. 391 idem ſentit Gram. conſ. 40. num. 3. & ſequen. & conſ. 64. licet non poſſit repeti, vt per Gram. in dicto conſ. 64. nu 9. & in vot. 3. nume 24. Si enim aliquis daret alapam officiali propter enormitatem punitur vltimo ſupplicio Bald in cap. 1.

Digitized by Google

§.iniuria,in princip.de pace iuramen. firman.Marant.in suo Specul. car. 15. nu.15.& 47.Gram decis.36.nu. 4. Ias. in leg.qui iurisdictio num.3. ff. de iurisd. omn. iudic. Videmus enim quod clericus committens enorme crimen potest sine degradatione puniri, vt per Ioan.Andr.in dicto cap. cum non ab homine, & per Geminianum in cap.1.de homicid. in sexto, omnia prædicta in homicidio commisso in ecclesia, considerat Hippol. in cons. 9.num.16.& sequent. etiam contra clericum quod est fortius, qui etiam si commiserit assassinium poterit puniri per iudicem laicum, vt per Capicium,decis.115.& 122. & per Arnonum in sing. 22. per Gram. in 1. & 1. vot. Vbi enim maius vertitur periculum,ibi cautius est agendum, leg.1.§. sed si quis,ff. de Carboniano edict. & vbi plus exceditur ibi maior esse debet pœna,leg.capitalium, §. solent, ff. de pœn.alterare, igitur ratione loci, vt in leg.aut facta,§.locus,ff.de pœnis per Marantam cons. 325. & per Blancum in dicta leg.fin.num.200. Item alteratur delictum ratione qualitatis vt si manifestè fuerit commissum, vt in casu nostro,leg.aut facta,§. qualitate,vbi etiam Bartolus, ff. de pœn. Alexan.cons. 31. num.4.7.vol.Imol.in leg.si multi,num.2.ff. de publ. aliquid per Socci.in leg.si quis id,ff.de iurisd. omn. iudic. Augetur etiam quia prætenditur me fuisse authorem, & caporalem huius rixæ: ergo præbui causam propinquam homicidio licet per socios fuisset commissum, l. quoniam multa facinora,Cod.de vi publica, leg.4.§.Item his,ff. de siccar. latissime Carer.in d. §. homicidium, lo primo num. 75.

10 Decimo & vltimo ad quid egemus alijs probationibus cum res videatur notoria,ex quo sunt quatuor testes de visu duo de vrgentibus, & alij quam plurimi de remotis,in ore, enim duorum vel trium stat omne verbum capt. cum testes,extra de testib:cap. in omne & c. licet, extra eod:sicuti enim in contractibus duo sufficiunt, sic in delictis,vt per Dec.in leg. iuris ignorantia,in secunda lectur.colum.vlt. Cod. qui admitt. pulchre Hippol. in casu isto,in cons.31.in princ.Lanfran.in cap.quoniam contra,in ver.testium num. 36. de probat. valet enim argumentum de contractibus ad vltimas voluntates,leg.omnem.ff.de iudi. authen.qua in prouincia, C. vbi de crimin.cap fin de foro compet. §. & hæ, in Auth. vt omnes obediant. Item de ciuilibus ad criminalia,leg.absentem, ff.de pœn.per Alexan.in leg. diuortio, num.11.vbi etiam Soccin. num.5.ff.solut.matrim.per Sylu.nup.lib.1.car.44. per Aimon.cons.88.in princ.per Gram. decis.36.num 1 Aret.in §.1.penul.no. tab. Institu. quod cum eo facit leg.3. §. hoc interdictum vbi etiam Albert. per illum tex.de lib. hom. latissime per Gerar. in loc. à ciuilibus. Duo enim testes omni exceptione maiores, quando plene deponunt de delicto, non admittunt probationem negatiuam,vt per Bald.in leg.fin. num. 5.C. de probat.eo magis,quia prætenditur me corrupisse vnum ex examinatis me, quo casu vnus tantum induceret probationem,ita Ias.in leg. 1. ff. de condit.ob turp.cau.Felin.in cap. fi.de testib.cogen.Soccin.cons.25. 3.prima col.Afflict. in cap. 1. si de inuestit. lis oriat.Hippol.late in cons.122. Gram. cons. 1.in fi. Cum ergo tot testes sint non requiritur alia probatio, ex quo res,non potest plusquam probari,leg. 1.in fin. de dot. præleg. Immo magis probant duo affirmatiuam, quàm infiniti negatiuam,leg.diem proferre §.si plures,vbi not.ff.de arbit.habetur per Bart.in leg.1.in fin.ff. de vent. inspicien.& in leg.hæredes palam, in princ.ff.de testam.per Ias in rub. de iureiur. & per Hippol. late in cons.

17.

Digitized by Google

17 num. 16. Plus dicunt Doctores in leg. actor, Cod. de probat. negatiuam esse impossibilem, Dec. late cons. 65. num. 6. Item quia asseritur me extra iudicialiter confessum, quod videtur inditium sufficiens ad torturam, leg. ictus fustium. vbi not. ff. de his qui no tan. infam. & leg. cap. 5. ff. de adult. latissime Veronen. in leg. quæro, §. seruum, num. 11. ff. de ædilit. edic. & in repert. Felin. in verb. extra iudicialis. Et ex his igitur clare apparet Fisci intentionem esse probatam propterea conuictus dici possum cum talis his dicatur qui non potest negaret crimen, l. qui sententiam, C. de pæn. & ita tenent Doctores. Et qui commissa malefitia & delic. nulla potest tergiuersatione cælare, cap. cum olim, extra de verbor. significat. habetur per Iser. in cõst. Reg. Iustitiarij, regulariter enim nullus ad pænam capitalem condemnatur nisi confessus vel conuictus fuerit per testes concordes, non autem singulares, vt per Bald. in d. l. qui sententiam, & l. 1. C. de excep. rei iudic. per Gram. decis. 36. nu. 61.

Hæc sunt quæ pro parte Fisci induci possunt, quibus tamen & similibus non obstantibus contrarium sententiam esse veriorem indubitati iuris est, Nec dubium est iudicantes pro eorum benignitate, doctrina & integritate ita iudicaturos, & hoc per infrascripta.

SVMMARIVM.

11 *Sponte comparens non præsumitur delictum co.. fisse.*
Præstans cautionem de non exeundo palatium, si exeat & cap. an incidat in penam.
12 *Ex pulribus inquisitis an vno absoluto, cæteri &c.*
Fauoribile extendi debet ad aliam similem personam.
Variatio Indicij appellatur iniquitas.
13 *Si non constat qualiter quis interuenerit in rixa præsumitur casualiter.*
Facta non præsumuntur nisi probentur.
Rixa quid sit.
14 *Amicitia cum occiso prodest.*
Amicus alter frater reputatur.
Ex amicitia præsumitur homicidium casuale.
Bona fama, conditio &c. an sit in delictis.
Qualitas præcedentis vitæ ostendit conscientiam.
Indicia & præsumptiones tolluntur per bonam famam.
15 *Bona phisionomia, & bonum nomen prosunt.*
Item natio bona.
16 *Longa carceratio ad quid prodest Carcer a quiparatur morti, & est mala mansio.*
Causa carceratorum dicitur pia.
17 *Excellentia in arte prodest.*
In iure disciplinatus, sine examine debet promoueri &c.
18 *Insultatus an liceat insultantem occidere,*
19 *In dubio proniores ad absoluendum esse debemus.*
20 *In criminalibus cui magis est credendum affirmantibus, an negantibus.*

Digitized by Google

11 PRimo nam ſponte comparui vt conſtat ex actis, igitur delictum non commiſi, quis enim eſt tam fatuus qui in cauſa capitali, ſi eſt nocens & verus reus delicti velit ſe priuare libertate exponendo propriam vitam ſicuti agnum & vitulum ad vltimum terribilium, & conſtituere ſe in carcerem, argu. text. leg. ſi ita, ibi, quod nemo ſanus probauit, ff. de euict. vbi non eſt ſpes fugæ vel auxili, putans cælare veritatem quæ finaliter mori non poteſt, leg. penul. ibi veritati locum ſemper fore, ff. de probatio niſi ſciat ſe innocentem, ita notabiliter dixit Veronen. in conſil. 31. 4. colum. ita etiam Hippol. in d. §. diligenter, nu. 104. in conſi. 117. num. 49. Gram. conſ. 29. nu. 32. Corneus conſ. 58. viſa inquiſitione, 2 vol. Car. in d. l. obſeruare, nu. 158. videtur bonus tex. in l. non omnes, ver. ſed ſi fuerit vltra, & l. qui cum vno, §. qui filium, ff. de re milit. l. edicto, de iure fiſci, Authen. no uo, C. de pæn. iudic. qui male iudic. & in cap. nullus, vbi etiam Abb in primo notabili extra de præſcrip. Et ſi pater portaret filium morte dignum iudici filius non debet ea pœna puniri, l. milites agrum, §. deſertorem, ff. de re militari, & d. §. qui filium. Ita per illum tex. dixit Salic. in l. propter inſidias, C qui accuſ. Iaſ. in l. 1. C. de is quib. vt indig. Alex. in l. vtrum, in Apoſtill. ad Bar. ff. de parricid. Hipp. in l. 1. §. in auditum num. 8. ff. de ficca. idem in l. 1. §. ad quæſtionem, num. 16. ff. de quæſtio. Veronen. in cautel. 1 Idem in conſ. 46 incip. Titius, & in conſ. 55. Carer. in d. §. homicidium, nu. 136 & in §. circa, lo 2. nu. 75. Sylua nupt. lib. 1. nu. 19. Idem econtra ſi filius deferret patrem dicũt Ang. in l. ſi adulterium, §. liberto, ff. de adulterijs, Alciat. de præſump. primo libro, prima regu. in 4. præſumpt. vbi pulchre & Hippol. in locis prælleg. & hoc ea ratione ne alter videatur alterum ad ſupplicium deduxiſſe, dict. §. deſertorem. Multo magis dicendum eſt quando ipſemet me defero ne videar tam crudelis quod me ipſum ad ſupplicium ducam, qui prima charitas incipit à me ipſo, leg. ſi quis, la ſeconda, C. de ſeruit. & aqua, §. 1. in Authen. de trien. & ſemiſ. & cap petitio, de iureiuran. Qui enim obtemperauerit, venia dignus eſt l. penul. vbi gl. fin. de cuſto reor. & leg. liberorum, ff. de his qui notan. infa. Item venientibus venia danda eſt, c. quanto, 2. q. 4. Item præſtans cautionem de non exeundo palatium ſi exat & redit non incidit in pœnam, vt per Salic. in l. ad commentariẽſem, ff. de cuſtod. reor. & clarius Cauenſis in prag. inoleuit, nu. 11. Magna eſt virtus obedientiæ, l. de ſertorem, §. in bello, ff. de re milit. & facit quod vulgo dicitur melius eſt obedire, quam ſacrificare, c. qui culpatur, 23 q. 1. late per Iaſ. in l. 1. in fi. ff. ſi quis ius dicenti non obtemperauer. & apud Virgil.

Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos

Et facit l. quiſquis, C. ad l. Iul. maieſt. l. cum qui ff. de iureiuran. & l. 1. C. de

12 his quid ſe deſer. lib. 10. Secundo ſua detur quòd de eodem delicto fuit inquiſitus deinde captus & carceratus quidam Iacobus Todiſcus qui fuerat captus latitando contra quem eram teſtes de viſu quod ipſe dederat vulnus mortale in caput. Item teſtes qui audiuerunt à mortuo, & ab alijs & fama publica, fecerat friuolas defenſiones, & aliæ non paucæ præſumptiones contra ipſum, & tamen fuit abſolutus, ſe poſito quodam clerico nomine Aloyſio Squarcia inquiſito de eodem delicto, & his proximis diebus fuit abſolutus in Archiepiſcopatu, à maiori abſoluendus ſum ego cõtra quem minus cõſtat, arguitur. n. à maiori Auth. multo magis, de ſacroſan. Eccl. Inſtit. de ſeruit. in princ. & l. 1. §. Antoninus ff. de quæſtio. quia ſi de quo minus in eſſe videtur. ergo & de quo magis, §.

quod

Digitized by Google

quod si partim. Instit. de rer. diuisio. vbi est eadem ratio idem ius statui debet, §. pari, Insti. quib. mod. ius patr. pote. soluit. l. illud, ff. ad leg. Aquil. Nec debemus ad imparia iudicare, §. sed hæc Insti. de exhæred. liberor. §. cæterum, de lega. agnet. succeff. valet enim argumentum à pari, l. si socer, in prin. ff. solut. matri. l. si de ea, §. fin. ff. de acquir. poss. Par enim in parem non habet prærogatiuam c. innotuit, de elect. l. nam, ff. de arbit. alias resultaret absurdum, §. in pecudum, Instit. de rer. diui. in prin. clem. 2. de magi & c. in Genesi, extra de elect. & mihi esset inuidia, arg. §. 1. Instit. per quas person. nob. acquir. Item æquipollentium, id. est iudicium, l. si mater, C. de instit §. pupillus, Instit. de inutil. stipul. Item alias esset iniuria, l. 1. §. permittitur, ff. de acqua quotid. & Instit. de iniur. in princ. daretur exceptio personarum contra, c. nouit, de iudic. & §. si. Instit. de his qui sunt sui, ibi, cuiq; hominum æqualitas est seruanda, arg. §. si plures, Instit. de hæred. insti. & l. vt liberis C. de collat. maxime in iudicio, cap. 1. de sent. & re iud. in 6. Item cum hoc sit fauorabile extendi debet ad aliam personam, similem arg. tex. l. cum quidam, ff. de lib. & posthu. cap. odia, de regu. iur. in 6. inspicitur quod prodest & est fauorabile, l. 3. §. 1. ff. de re iur. fis. l. emancipatum, in fin. ff. de sent. similium idem est iudicium, Instit. quod cum eo, in prin. §. item tenet, Inst. man dat. l. inter, §. sacram, ff. de verb. oblig. l. quod nerua, ff. deposit. late in reper. Felin. in ver. argumentum à simili etiã in criminalibus, c. 1. §. porro, & seq. vbi Bal. & cæteri, quæ fuit prima causa benef. amitten. Item dixit idẽ Bal. in l. si quis non dicam, C. de episc. & cler. quod cõnexorum ead. debet esse sententia, l. plerumq; ff. de ædili. edic. cap. quanto, de iudic. in habentibus etiam Symbolum facilis est transitus, leg. vbi ita, ff. de donat. cau. mor. §. 1. Inst. quib. mod. tollitur, obliga. vt supra dixi, & vnum facinus respiciens duos pluresue debet æqualiter determinari, l. nam hoc iure, ff. de vulgar. vni dico omnibus dico in prohem. ff. in princip. vbi Bal. & Lagnol. nu. 107. l. ex facto, vbi Ias. nu. 14. ff. de vulgar. nec eadem causa debet diuerso iure censeri, leg. eum qui, ff. de vsucap. ob gratiam enim eis non fuit indultum igitur debet trahi ad exemplum alterius, bonus tex in §. quod Principi, Instit. de iure natural. l. 1. ff. de const. Princip. alias esset. melioris conditionis stultus peccator, quam Innocens sapiens, l. non solum, ff. de noxalib. l. seruius, ff. quod vi aut clam, cap. cum qui, de præben. in sexto & plus haberet luxuria quam castitas §. fin. in Authen. de restit. & ea quæ parit. Immo si asinus videret apprehendi per comparem intumescere, vt not. in leg. 1. §. veteres, ff. de acquiren. possess. & in l. hæres qui seruum, ff. de acquir. hæred. valet etiam argum. ab exemplo, alterius. Insti. de leg. agnat. tutel. in princ. & Institu. de excusat. tuto. in princ. qualiter ergo & quo colore descenderet iudex suas cõtrarias sententias ijsdem subsistentibus, l. nulla, C. de iud. l. omnes, C. arbit. tutel. secũdum hoc denegaretur auxiliũ iusta petenti cõtra, §. si. Insti. de his qui sunt sui, l. 2. ff. eod. sicuti videmus in simili quando plures deliquerũt inter quos reperitur clericus eius causa etiam laici debet iudicari, ea ratione inter alias ne forte diuersæ seu cõtrariæ sententia in ead. causa darentur, vt per Hipp. in singul. 180. incip. plura, latissime, in cons. 85. nu. 39. & seq. & cons. 67 nu. 62. & inferius latius dicam, essent enim duo contraria in eodem subiecto, l. hæc verba, l. vlti. ff. de verbor. sign. l. 3. §. ex contrario, ff. de acquiren. possess. Variatio ét iudicis appellatur iniquitas, l. si quis, in verb. iniquitatis, C. de reb. cred. l. fin. de mod. mulct. facit bonus text. quasi ad omnia prædicta

Digitized by Google

cta in l.denunciasse,in fin.ff. de adult. & in l.quoniam liberi,C.de testib.debet iudex habere equitatem ante oculos,leg.quod si Ephesi, in fi.ff.de eo ꝙ certo loco, etiam contra strictam rationem, leg.ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. §. item nobis ver. nihil. Instit. per quas personas,& separare equum ab iniquo l.1.ff.de iusti.& iur.Quãdo autem esset diuersa ratio inter delinquentes secus esset ita procedit quod dixit Salic.in l.1.6.col.C.de rap.virg. & post eum late Carer.in d.§.homici-
13 dium,lo secundo,num.59.Tertio Sua detur quia non constat qualiter interuenerim in rixa, ergo præsumendum est casualiter & ignoranter Feli. in cap.sicut dignum,3. col. extra de homicid.alleg.Bald. in leg. 1. in lectura antiqua,ff.de ser.corrup. melius idem Bal.in l.1.§.serui,ff.ad Sylla.& in cap. 1.de benef.fra. aliquid per Gram.cõs. 32.num.2.& seq.Anchar.consil. 217. Nos Bartholomæus Carer.in d.§. homicidium,lo secondo,nu.55.& Hipp. in l.1.num.87.C.de raptu virg. Idem in l fin.nu.8.ff.de ficcar.& in d.§.constante,num.61.probatur enim eo ipso quòd cõtrarium non probatur,l.2.C. qui test.fac.poss.& in l.super seruis,C qui milit.lib.12 Gram.decis 25. in fi. quæ satis ad propositum per Hippol. in rub.de proba num. 326. quæ est liquida iuris probatio,ita Bal.in cap.fi. extra de proba.latissime Hippol.in d. rub num 327.præsumitur enim ignorantia l.verius,ff de proba cap. præsumitur, de reg.iur.quod enim interuenerim facti est,& facta non præsumuntur nisi probentur,l.quicunque in fin. ff de publ.licet allegetur text.qui hoc non probat in l.in bello,§.facta, ff. de capti probatur etiam ignorantia delato iuramento,vt per Gram.decis.25 num.5. facit cap.si vero,lo secõdo, de senten.excommu.Item cum ista casua liter interuenerint non debent considerari,& consequenter nec puniri, l. cum aut em,§.capitales,ver.si quis casu fecerit,ff de ædilit.edic.l quæsitum §.fin.& l.si ita legatum,vbi Bar. ff. de leg.3.l.ex facto,§ rerum,ff. de hæred. institu.aliquid per Dec. consi.523.nu. 3.aliquid per Io.de Amicis,consi. 53. in princ.pulchre per Abb.in consi. 62. in controuersia,4.col.vol.Gram. dec. 35.col.pen. & fi.Hipp.in d.§.constante,num.48.& in l.fin.num.84.C.de fic car.Idem in consil.67.num.47. & seq. & consil.103.in princ.casualia non nocent agenti,§.item si putator, Inst. de leg.Aquil.l.1.C.de ficcar.nec poteram diuinare illos venturos illuc ea hora cum ille sit locus scolariũ nõ autem ficcariorum, l. si putator,ff.ad leg.Aquil.l.1.C.de metal. Anan.consi. 53.in prin tunc etiam quòd ille locus non erat idoneus. Item quia debet fieri coniectura ad excludendum delictum,l.merito,ff.pro soc. late Dec. in l.nõ hoc,nu.7.C. vnde cogna.& infra dicam. Imo ad maiorem cautelam satis luculenter probatum est me casua liter interuenisse, vnde meus & propositum distinguunt maleficia, l. 1.§. diuus,ff.de ficcar.l.qui iniuriæ,ff.de fur.& cap.cum voluntate, de senten. excummun Ex his enim apparet quòd delictum non fuit communicato consilio perpetratum nedum ex nostris probationibus, sed ex quo non fuit probatum contrarium per fiscum. Ita pulchre Gram.decis.25. num. 3. & in fin.debet enim clare & indistincte probari ex proposito factam aduationẽ, vt latissime per Car.in dict.§. homicidium, nu.70. maxime cum aduersarij venissent armati baculis, & ensibus, atq; plumbatis,& erant nume. 8. licet quatuor tantum fuissent ingressi ecclesiam,& inceperunt verberare scolares vt ex actis constat vnde rixa dici debet vt per Hippol.in sing.217. ter vel quater,& in d.§.constante, nu.4. quo casu vnus non tenetur de vulnere alterius,sed ictus vnius cuiusque collectorum

Digitized by Google

Gorum inſpici oportet, d.l. ſi in rixa, & habetur per Hippol. in d. §. ſi conſtante, num. 46. & conſ. 25. in fi. Gram. conſil. 56. num. 17. Carer. in d. § homicidium, num. 75. Arnon. in comentar. 25. pulchre Paul. conſ. 335. viſa 2. colum. vbi etiam aſſerit, ſocios non teneri de auxilio. Rixa enim dicitur quando incidenter congregati ſunt, & incidenter deuentum eſt ad rixam ita Ang. & Hippo. in d. leg. ſi in rixa, in princ. Idem Hippol. in l. nihil, numero 20. eod. tit. in qua rixa ego non habui aliquod principium vt in actis & dato quod eſſet probatum colloquium cum occiſoribus, tamen cum potuiſſet eſſet bonum & malum, in dubio præſumeretur bonum, cap. abſit, 11. q. 3. l. merito, ff. pro ſoc. Alex. conſil. 126. 4. vol. Alciat. libr. 3. de præſum. limit. 1. num. 3. aliquid per Gram. conſil. 25. in fin. ita Bal. conſil. 220. 3 vol. Dec. conſ. 582. num. 2. Aimon. conſ 205. numero 9. quicquid dicat Bal. in l. 1. nu. 10. vbi etiam Iaſ. num. 23. & ſeq. C. de ſer. fugi. quia dictum eorũ procedit tribus concurrentibus, capitalis inimicitia, ſecreta locutio, & quod ex incontinẽti ſequatur homicidium, vt per Felin. in d. cap. afferte, per Blanc. in l. fin. ff. de quæſt. nume. 232. Nouell. in §. 1. num 10 tum etiam quia inquiſiti fuerunt plures, & dubium eſt quis fuit interfector, quo caſu quando certum eſt plures fuiſſe & non conſtat de interfectore, habet locum, l. abſentem ff. de pæn. vt omnes abſoluantur, vt per Hippol. conſ. 24. num. 8. & ſequ. & conſ. 39. num. 46. conſ. 43. numero 44. conſ. 50. num. 52. & conſ. 110. numero 21. nec etiam conſtat quis fuit principalis quòd ante omnia conſtare debet vnde debet ceſſare punitio legalis, vt per Hippol. in d. conſ. 24. nume. 23. & conſ. 39. num. 55. conſ. 43. in fin. conſ. 50. num. 19. conſ 69. nume. 5. conſ 81. num. 30. & in d. conſ 110 num. 23. & ſequ. idem Hippol. in l. nihil, num. 21. ff. de ſiccar. Et inquiſitio fiſcalis in hac cauſa debet eſſe nullius roboris ex quo vt videri poterit, in ea dicitur alterum alteri auxilium præſtitiſſe, & inquiſiti erant quinque cum dictio alter verificetur in duobus tantum ita notabiliter dixit Bal. in l. ancillæ, nu. 3. C. de fur. vbi aſſerit ſe in facto obtinuiſſe, Florian. in l. mæuius, § arbiter, ff. commu. diuid. Alex. in l. ſi duo patroni, num. 6. ff. de iureiur. Paul. conſ. 18. Carer. in d. § homicidium, num. 73. & Hipp. in d. §. conſtante, num. 44.

14 Quarto debent ceſſare omnes ſuſpiciones atque inditia, quia ſatis probatum eſt me ſtrictiſſima amicitia cum occiſo ſemper functum fuiſſe, quę amicitia licet non probetur, ſemper præſumitur in dubio, Bal. in l. ſi quis teſtibus, in fin. C. de teſtib. Gram. conſ. 42. num 11. Imo ſi probatum eſſet ſemel me fuiſſe amicum magnum ſemper præſumeretur ita Paul. in l. Lucius, n. 6. ff. de lega. 2. magna enim amicitia id operatur quod coniunctio ſanguinis, c. 2. de teſta. in 6. Abb. in cap. requiſiti num. 4. extra eod. Iaſ. in l. ſi res obligata, num. 7. ff. de leg 1. omnino Ripa, in l. admonendi, nu. 277. ff. de iureiur. in terminis tenuit Arno. quod valeat argum. in ſua Topic. car. 53. & amicitia æquipollet affinitati, l. cum allegas, C. de caſtren pecul milit. lib. 11. facit l. late, §. amicos, ff. de ver. ſign. grandi enim amicitia coniunctus vti frater reputatur Afflict. in conſt Reg. dilationes in 13 notab. amicus noſter poſt ponendus fratri. Tiraquel. de retract. num. 24. ſicuti etiam poſſum occidere inſultantem me vel conſanguineos meos, ita inſultantem magnum amicum, Gram latiſſ. conſ. 56. numero 22 & 26. & per Bal. in d. l. vt vim, num. 6. & per Hippol. in locis de quibus infra. Imò non poſſum cogi aduocare contra magnum amicum, glo. in l. 1. § ait prætor, ff. de poſtul. dicit etiam Soc cin. conſ. 39. in fin. 3 vol. quod dona-

Digitized by Google

tio facta amico magna amicitia cõiun cto non reuocatur beneficio, l. si vnquam, C. de reuocan. donat. Amicus. n. vt ait Seneca est alter ego, idem dicit Aret. in §. antepenul. numer. 47. in fin. Instit. de excep. Dicit etiam Aristoteles veros amicos esse vnam animam in pluribus corporibus, vt per Bal. in d. l. vt vim, num. 6. & habetur per Soccin. in leg. cum auus, ff. de condi. & demonst. num. 14. Hipp. latissime in cons. 5. num. 20. & Cato vticẽsis, amicitiam esse fideliorem omni propinquitate teste Plutar. in eius vita ita apud Valer. Maxim. lib. 7. cap. 7. Amicitiæ vinculum appellatur potens & prævalidum neque vlla ex parte sanguinis viribus inferius, & tamen affectio sanguinis facit cessare omnem suspicionem, l. nõ solum, §. 1. ff. de ritu nup. leg. penul. §. si vero pater, C. de adopt. facit l. 1, § quamuis, vbi Bald. ff. de pupil. Hippol. late in dict. cons. 5. numero 20. & alibi nemo carnem suam odio habet c. nõ extimemus, 13. q. 2. Socci. cons. 58. super num. 7. 3. vol. Imò hoc suadetur à fortiori nam consanguinitas prouenit ex forte nascendi, sed amicitiam affectio, & solidum iudiciũ cõtrahit dicit Aret. in loc. prælleg. & dicit Alber. in leg. sed & hæ, ff. de procur. quod magna amicitia est maioris ponderis quam fraternitas, idem sentit Cic. in primo officiorum & latissime Alciat. de præsumptio. lib. 28. vbi pulchra de magna amicitia, plura Hippol. in rub. de fideiuss. num 234 & seq & in d. l. 1. rapt. virg. Syl lib. 3 numer. 10. Hippo singul. 251 amicitia magna & in cons. 84 nu. 14. per Iaſ. in l. exigendi, nu. 4 C. de proc. Alciat. vbi supra latissime quòd eadem sit dispositio consanguineorum & magnorum amicorum. Ex amicitia etiam & qualitate occidentis præsumitur homicidium casuale, & animus non occidendi vt per glo. in l. 1. C. de siccar. quæ reputatur notab. vt ibi per Bal. & cæteros per Iaſ. in l. 1 nu. 22 ff. de legib. per Port. in §. apum, nume. 13. Insti. de rer. diui per Arnon. in cautel. 7. & Epitom. 65. per Hippol. cons. 51. & per Carer. in d §. circa il 1 nu. 7. pulchre Gram. cons. 68. in princip. sicuti etiam animus nõ occidendi probaretur per iuramẽtum, pulcre per Iaſ. in d. §. sed iste, nu. 90. Instit. de actio. vide omnino Arnon. sing. 44. ex quibus infertur quod testes deponentes me interueniſſe contra occisum, non deponunt verisimile, quod est species falsitatis, vt per Bal. in l. 1. in 3. col. C. de ser. fug per Afflict. decis. 363. in fin. per Gram. decis 28. in princ. latissime cons. 42. num. 14. & cons 63. in prin. & in vot. 14 nu. 8. cum plurib. seq. & in vot. 22. nu. 2. per Hipp. in d. §. expedita, num. 25. per Carer. in d. l obseruare, nu. 107 per Aim cons. 115. num. 12. nec etiam vt dixi est verisimile quod vellem diuinare eos non existentes scolares vẽturos hora lectionis in ecclesia S. Dominici. Dauus enim sum non ædipus dicit Tere. Nec etiam videtur verisimile quod ex proposito interuenerim in præsentia tot hominum, quod tunc ibi erãt, vnde videtur cessare fraus & dolus arg. eorum quæ ponit Bar. in le. 2. C. de cur. publ. lib. 12. & in l. q fiscales, C. de naui. lib. 11. late Hipp. cons. 28. nu 24. qui enim male facit odit lucem, l. fi. ff. de iur. fisc. ex his & præsumptionibus inducitur probatio innocentiæ, vt per Vero in cons. 1 & 31 Hipp in d. §. vltra, num. 18. de percutiente amicum pulchre Aret. cons. 146. num. 10. visa consultatione, Dec. cons. 9. vbi ad saturitatem quando ex modo percussionis quis censetur habere animum occidendi, & quando postea sciui sum mopere condolui prout etiã nunc doleo vt satis probatum, & cerce cũ hæc calamus scribit, cordis oculus lachrimatur quod est bonum signum innocentiæ, vt per Bal. in l. 1. §. impuberes, ff. ad

Digitized by Google

